

SCRIPTORUM

VETERUM


NOVA COLLECTIO.



VIBAS·PONTIZ
INAETERNO


PETRVS
PAV
LVS


SEVERA
INDEOVI
VAS


TITV SEVPO R
QVIV
ANN
XET
ASES
DECE
TVIIII
IXIT
OS
ME
VII
SSI
KAL
MAIAS
INPACE


HICPOSITAESTANIMADVLCES
INNOCASAPIENSETPVLCRA·NOMINE·
QVIRIACEQVEVIXIT·ANNOS·III·AA·III·D·VIII
DR INPACE IIII·IDIAN·CONSS·DN·TEVDOSIO AVG·II
ETMEROBAVDE·VO III


PARENTESFIIIO· VIMX
AXVNGIO BENE· DPVIKAL
MERENTI INPACE OCT
QVI VIXIT ANNIS

SCRIPTORUM VETERUM
NOVA COLLECTIO
E VATICANIS CODICIBUS EDITA

AB ANGELO MAIO
BIBLIOTHECAE VATICANAE PRAEFECTO.

TOMUS V.

ROMAE
TYPIS VATICANIS
M. DCCC. XXXI.

LECTORIBUS
ANGELUS MAIUS.

Collectiones mss. veteres christianorum inscriptionum.

I. Saepenumero accidit sive in rerum utilium inventionibus, sive in variis humanorum ingeniorum molitionibus, ut quae plures homines diversis temp ribus regionibusque vel animo cogitarunt, vel publice verbis spoponderunt, vel imperfecto opere conati sunt, ea demum ab uno aliquo praestanie viro, et prae ceteris vel laborifero vel felici, ad optatum exitum perducerentur. Huius rei nuperum orbi litterario exemplum suppeditavit vir doctissimus, et meus in vaticanae bibliothecae praefectura decessor, Caietanus Marinius, qui a multis excogitatam promissamque, partim etiam opere inceptam et ad mediocrem corporis molem provectam christianarum inscriptionum collectionem, tandem aliquando quatuor grandioris formae mss. voluminibus, quae supremis tabulis bibliothecae vaticanae legavit, haud sane (in graecis praesertim) integram, quod a nemine omnino fieri potest, sed certe prae ceteris cumulatam, conficere connisus est. Latina christianarum inscriptionum princeps congeries videtur illa mihi quam vaticanus palatinus codex 833. nobis conservavit, qui codex saeculo circiter XI. scriptus, pertinuit olim ad satis nobile in eruditorum annalibus monasterium Laureshamense; ex quo deinde Heidelbergam ad augendam palatini Electoris bibliothecam commigravit, quam postremo ad romani Pontificis vaticanas aedes translatam comitatus est. Verum is codex, dum adhuc Heidelbergae maneret, Iani Gruteri diligentiam uon latuit, a quo totus in suo famigerato priscarum inscriptionum corpore, anno MDCII., quamqnam non satis fideliter, divulgatus fuit. Ea scilicet paulo minus ducentis epigrammata snnt, quorum pleraque in romanae urbis ecclesiis olim erant perscripta; nunc autem propemodum omnia sempiterno interitu exolevissent, nisi iis benemeritus palatini codicis scriptor vitam prorogasset. Dum enim romana urbs idemtidem renovaretur, dum neoterica priscis templa succe-

derent, nondum nato eruditae vetustatis amore, nullo conservandorum operum vigente studio, incredibile dictu est quanta strages monumentorum omnis generis edita sit. Neque Romae tantummodo sed per universam ferme Europam, quum saeculo Christi XI. cunctae propemodum basilicae reformatae certatim sint (1), scripta in his monnmenta passim perierunt. Scio equidem codicem einsildensem inscriptionum veterum a Mabillonio in analectis T. IV. p. 481. nono post Christum natum saeculo adtribui; verumtamen quia is libellus non tam christianam quam miscellam, immo plerumque ethnicam, collectionem continet, idcirco laus antiquissimae apud Latinos christianorum epigrammatum sylloges ad palatinum volumen adhuc redundat. Nequid dicam de codice closterneoburgensi, quem Marinius in adnotationibus saepe appellat, et cuius ipse apographum a cl. Garampio Vindobona sibi transmissum habuit: namque is palatino nostro recentior est, mixtumque ex ethnicis christianisque epigraphis cinnum tenet. Atque in hac mixti generis classe alius quoque palatinus codex est (nunc Heidelbergam postliminio relatus) graecus ille videlicet nobilissimus Cephalae, qui christianorum ethnicorumque epigrammatum anthologiam complectitur. Ceteros, qui utriusque generis inscriptionibus abundant codices, nec facile est numerare nec voluntatis meae: etenim tot vel una Pontificis maximi bibliotheca possidet, ut peculiari libro ad eos pro dignitate enarrandos opus sit.

Collectiones inscr. christ. editae.

II. Iam in libris typorum beneficio editis quantus sit christianarum inscriptionum numerus, nemo in studio epigraphicae rei paululum versatus, et libraria eiusmodi supellectile mediocriter instructus, nescit. Gruterus quidem palatinam poëticam ut iam dixi, syllogen, itemque aliam prosa oratione in calce ethnicarum edidit; ante quem iam bene Martinus Smetius de christianis inscriptionibus, quarum certum numerum extulit, meritus fuerat. Fabrettus octavum operis caput, et alia sparsim loca, Christianorum monumentis refersit. Reinesius totam suam classem vigesimam christianis lapidibus occupavit. Donius classem pariter vigesimam eodem argumenti genere implevit; Passioneius in tusculanae villae marmori-

(1) Sic affirmat Glaber Rodulphus antiquus historicus apud Duchesnium T. IV. scriptt. francicor. lib. III. cap. 4.

bus duodecimam; Bonada decimam; Marinius noster in inscriptionibus nobilissimae albaniae gentis sextam; in veliternis item sextam Cardinalius. Gorius T. III. p. 305 — 360. non spernendum numerum christianorum titulorum exhibuit. Fleetwoodus, Gudius, atque Oliverius, collectionum suarum postremam partem christianis epigraphis addixerunt. Boldettus in eximio de romanis coemeteriis opere innumeras fere Christianorum veterum epigraphas divulgavit. Auctor corporis poëtarum lat. Pisauri editi tomo VI. p. 277—282. christiana epitaphia posuit. Porro multo maiorem christianorum lapidum numerum Muratorius quarto in tomo thesauri sui collocavit. Grandem quoque christianarum epigrapharum copiam ostentant Margarinius et Nicolaus in monumentis basilicae ostiensis; Marangonius in appendice ad acta S. M. Victorini, et in opere de profanis rebus ad ecclesiarum christ. usum ornatumque translatis; Odericus in sylloge inscr., Lupius in epitaphio S. Severae; Lancillottus et Gualtherius in marmoribus siculis; Capacius in antiquitatibus neap.; descriptores Romae subterraneae Bosius, Severanus, Aringius, atque Bottarius; Ciampinius in monumentis atque in aedificiis: et qui aeternae urbis ecclesias vel sacra cetera enarraverunt, veluti praedictus Severanus, Panvinius, Hugonius, Turrigius, Davanzatus, Sidonius, Laderchius, Rasponius, Memmolus, Nerinius, Rondininius, Martinellius, Philippinius, Millinius, Iacchettius, Crescimbenius, Alemannus, Monsacratus, Dionysius, Borgia, Cancellarius, aliique. Quorum aemuli fuerunt Bertolius et Rubeus in rebus sacris aquileiensibus; Spretus, et Beltramus in ravennatensibus; Blancolinius in veronensibus; Vermiliolius in perusinis; Remondinius in nolanis; Frisius in modoëtiensibus, Galiardus, Totus, aliique in brixianis, Allegrantia, et Bugatus in mediolanensibus; Labusius in ambrosianae mediol. basilicae monumentis et in sanctorum fastis; alii plurimi in aliis. Neque vero silere licet quantopere de christianis epigraphis meriti sint graeci historici varii quos dicimus byzantinos, nec non Bandurius et Duchesnius in antiquitatibus cpol.; Baronius magnus in annalibus, Ughellius in Italia sacra, Floresius in Hispania item sacra, Sammartanus in Gallia christ., Bollandiani in sanctorum actis, Moralius et Mariana in historia hispanica, Blanchinii duo in Pontificum rom. vitis et in ecclesiasticae histo-

riae demonstratione, Sponius in miscellaneis, Sirmondus in variis scriptis, Mabillonius in analectis aliisque scriptis, Holstenius et Suaresius tot conficiendis epigrapharum schedis, quae apud Barberinios aliosque depositae non parum Marinio profuerunt; Maffaeius in museo veronensi, Ficoronius in gemmis et sigillis, Bonarotius in sacris vitris, Paciandus et Mamachius in antiquitatibus christianis, Browerus in annalibus trevirensibus, Sponius, Welerus, atque Pocochius in itineribus, Fontaninius in disco aliisque operibus et in adversariis mss. apud Marinium, Oldoinus, Lamius, Anastasius, Vignolius, Amadutius, Pratillus, Pellicia, in operibus quisque suis: et si pergere porro velim, infinitus sim. Singularem ceteroqui commemorationem meretur is qui aetate nostra vixit Aloysius Gallettus, in vaticana bibliotheca scriptor latinus, deinde episcopus, qui christianarum inscriptionum nonnulla volumina edidit, et plura apud nos edenda reliquit: quae quidem saepius infimi aevi monumenta sunt; verum iisdem multa quoque immiscentur aetatis priscae, et quae ad marinianam collectionem aevi miliarii prorsus adtinent.

Collectiones cogitatae aut coeptae.

III. Nunc et illi partim saltem commemorandi sunt, qui christianarum inscriptionum collectioni studuerunt quidem, sed in lucem non ediderunt. Inscriptiones antiquarum Romae ecclesiarum in farnesiano codice conservatas memorat Marinius in quadam scheda: quem ego codicem cum Farnesiorum bibliotheca Neapolim migravisse valde arbitror. Petrus, quem Sabinum a patria dictum puto (fuit enim M. Antonii Coccii sabellici auditor quem Variae natum in Sabinis scimus) sub XV. saeculi finem antiquarum inscriptiorum volumen ex marmoribus Urbis, musivis, atque codicibus mss. sibi confecisse et Gallorum regi obtulisse in epistula ad Coccium narrat (1), atque ethnicis addidisse circiter ducentas temporum christianorum. Sabini opus numquam lucem aspexit, sed eius pretiosus propter summam raritatem codex in bibliotheca vaticana servatur; quem ego inspiciens, temporum quidem christianorum multas epigraphas vidi, christianas tamen id est verbis emblematibusve chris-

(1) In opp. M. A. Coccii Sabellici T. III. edit. Basil. epist. lib. IX. 1. p. 434. Nota fuit haec epistula Bormanno praef. ad Grut. p. 3, et Tiraboschio hist. litt. Ital. ed. Rom. T. VI. p. 184. Neuter tamen de Petro Sabino quicquam praeterea nobis narrat.

tiani cultns conceptas vel ornatas , perpaucas oppido in Sabini opere inveni. Sebastianus Maccius in urbinate ditione apnd castellum , quod Urbania nunc dicitur , natus volumina duo inscriptionnm antiquarum congessit , quae in Albaniorum bibliotheca Marinius vidit , cum Holstenii praefatione et indicibus : ibique cum ethnicis christianae quoqne inscriptiones versantur. Atque hoc pariter Maccii opus lucem desiderat. Aleandri iunioris nec non P. Danzettae collectiones inscriptionum, quas inter christianae multae, in vaticanis codicibus a me observatae sunt. Brutius item tifernas permultas Christianorum inscriptiones in suis monumentis posuerat, cuius ampli operis mss. volumina Marinius habuit , deque auctore in prolegomenis locuturus erat , quoniam Brutius diligentissimo scriptorum italorum historico Mazzuchellio ignotus fuit. Laurentius Pignorius sacrorum monumentorum librum paraverat, invisum hactenus, teste episcopo Fontaninio praef. ad disc. p. 11 : qui ait insuper p. 14. Philippum quoque Vinghium opus christianum reliquisse inscriptum *tituli sepulchrales*. Praeterea in hagioglyptis mss. Iohannis Macarii , quae laudibus Fontaninius p. 14. effert , magnam christianorum titulorum copiam Romae praesertim collectorum contineri necesse est. Iohannes Marangonius , diligentissimus antiquarius , praeter quam quod permultos christianos titulos in suis variis libellis protulit , volumen quoque sacrarum inscriptionum picturarumque collegerat , quod inflammata eius domo periit, ut ipse in praefatione ad acta S. Victorini M. narrat.

IV. Sed ecce vir litteratissimus Scipio Maffaeius in sua luculenta ad Benedictum XIV. P. M. epistula , quae museo veronensi praeit , valde suadet ut lapidum christiani argumenti collectio fiat , quorum veras utilitates demonstrat et praedicat. Atque eius sane epistulae insignis extitit fructus : illa enim commotus Pontifex , postulantibus simul romanae urbis eruditis viris , christianum museum in vaticana bibliotheca instruxit , providenterque decrevit , ut quicquid monumentorum rei christianae apud almam urbem effoderetur , id omne in sacrum bibliothecae vat. museum migraret. Quod utinam sedulo actum esset , et non potius alibi κειμήλια huiusmodi saepenumero distracta fuissent ! Iam quaenam praedicti musei supellex sit , nunc sane haud vacat dicere ; lapides certe christianos centum ferme ac quadraginta sub ipsis bibliothecae fenestris , quâ

Museum sacrum vat.

**

ad sacrum museum est iter, longo ordine collocatos videmus. Quin adeo Maffaeius idem, adstipulantibus patriae suae praeclaris viris, ingentis quod animo moliebatur inscriptionum omnium corporis, volumen ultimum christianis adsignabat. Sic enim legitur in programmate anno 1746. Veronae impresso in calce operis maffáeiani de siglis graecis p. 133. " Tomo ultimo christiana monumenta „ tum ex lapidibus nondum editis, tum ex multis quibus inter- „ spersa ac dissipata sunt voluminibus colligentur. Ab iis profecto „ sive ad theologica dogmata, sive ad rationem disciplinae, sive „ ad traditionem, ad mores ac ritus antiquorum temporum, ad „ sacram chronographiam, et ad plurium vocum ecclesiasticarum „ intelligentiam, utilissima non infrequenter ac praeclarissima hau- „ rire est documenta. In classes suas has quoque inscriptiones dis- „ pertiemus, quod de christianis nondum quisquam praestitit. Quam „ plurimis ex his monumentis subnotabitur, haud quidem ex cu- „ ius schedis eruta fuerint, sed locus ubi marmora servantur ipsa, „ atque ubi consuli propterea possunt. „ Haec Maffaeius, qui nihil tamen huiusmodi cum suis sociis ultra verba praestitit.

De colligendis Romae lapidibus scriptis consilium.

V. Quia tamen non Maffaeii solum consilium ad Benedicti animum altius penetraverat, sed ipse per se pontifex, natura magnificus neminique eruditione christiana secundus, magnopere id probabat, de colligendis disponendisque christianis lapidibus serio tum Romae cogitatum fuit. En quippe ut F. Blanchinius in libello ad Benedictum pontificem loquitur (1). " Devo ai venerati comandi della „ Santità vostra l'onorevole commissione di ritrovare tutte le iscri- „ zioni cristiane esistenti in Roma ecc. Queste sacre iscrizioni, che „ in gran copia io ritrovo, a giudizio mio si potrebbero utilissi- „ mamente collocare nelle pareti del lunghissimo corridore, che „ mena dall'armeria alla biblioteca vaticana „. Iohannes pariter Bottarius, in romana curia praesul doctissimus, in praefatione ad tertium Romae subterraneae volumen p. 18. ait. " Delle tante disper- „ se iscrizioni, richiedendosi per esse un sito molto spazioso, si „ poteva ornare alcuno de' lunghissimi corridori del palazzo vati- „ cano; come sarebbe fra gli altri quel vastissimo, che è avanti

(1) Apud Gallettum *memorie del card. Passionei p.* 227.

„ alla grande biblioteca. „ Quin adeo ante Blanchinium atque Bottarium iam memoratus a nobis summus vir Boldettus consilium id agitaverat, ut in ms. Ioh. Marangonii scheda inter chartas Marinii servata legi, quae est huiusmodi. “ Trent' anni sono già scorsi da „ che alla S. M. di papa Clemente XI fu suggerito dal canonico Boldetti custode delle reliquie, rappresentando alla Santità sua, „ che sarebbe stata cosa molto gloriosa ed utile il raccogliere tutte le iscrizioni così sacre come profane, che nell' agro romano „ si vanno ritrovando, e farle affiggere nel corridore della biblioteca vaticana a comodo degli eruditi. Piacque molto a quel gran „ Pontefice tale disegno e lo approvò: ma considerando le gravi „ calamità de' tempi, e le molte disavventure che allora premevano il suo pontificato, e che per ciò fare vi avrebbe volnto una „ congregazione di uomini eruditi deputata a tale affare, con un „ annuo assegnamento di entrata sufficiente per le persone, le quali „ invigilassero sopra le cave, e per comperare le profane da' padroni de' territorii, e farle trasportare ed affiggere, giudicò per allora di differire a tempo più opportuno la risoluzione. „

VI. Haec, inquam, molimina et cogitationes fuerunt, quin tamen quicquam ad exitum pertraheretur: namque haec demum gloria memorandum Pii VII. benefactoris mei pontificatum manebat, cuius iussu et auspiciis in vaticano palatio longi parietes iuliani atrii, quo ad bibliothecam est aditus, marmoreis inscriptionibus convestiti fuerunt, hinc quidem temporum ethnicorum, illinc christianorum: et christiani quidem in hoc atrio lapides centum et amplius supra mille sunt; non tamen in classes, exceptis consularibus, distributi: ethnici autem lapides et multo maiore numero sunt, et classibus suis apte adsignati. Aque haec permagna collectio admirationem visentium merito excitat; valde tamen abest, ut plena sit atque absoluta: tanta enim in romanis templis, aedificiis publicis atque privatis, cavaediis, cryptis, viis, villis (puta Casaliorum in Coelio et Pamphiliorum in Ianiculo), hortis, vineis, agris, monasteriis, pavimentis (ex. gr. basilicae ostiensis, S. Caeciliae, S. Clementis, S. Mariae in foro boario et trans Tiberim) omni propemodum loco, copia adhuc scriptorum lapidum praesertim ethnicorum dispersa visitur, ut iuliani atrii congeries sine

Vaticana lapidum scriptorum collectio.

dubio perexigua ac minima, prae dispersorum numero, reputanda sit. Quis autem nescit lapidum Romae christianorum alias minores collectiones, veluti in claustro coenobii ad S. Paulum in via ostiensi, in porticu et secretario ad S. Mariam trans Tiberim quae auctorem Boldettum habet, ad S. Georgium in Velabro, ad S. Laurentium in via tiburtina, ad S. Agnen in nomentana, ad SS. Nereum et Achilleum in appia, ad S. Petrum in cryptis vaticanis, apud alias denique Urbis basilicas aut ecclesias? Caietanus Marinius cum cl. V. P. Becchettio anno 1787. XI. kal. mart. coenobium sacrarum S. Magdalenae virginum in quirinali colle ingressus, christianas veteres epigraphas XXIV. in pavimento interioris sacelli reperit exscripsitque; id quod speciminis exemplique causa narrasse sufficiat. Neque heic ego vaticanam lapidum collectionem pluribus verbis narrandam lectoribus meis puto: nam profana quidem pars ad institutum praesens non adtinet; christianam vero in Marinii opere, qui et illi disponendae ut audio praefuit, universam legi necesse est.

De lapidibus desideratis.

VII. Profecto in his sive vaticanae bibliothecae sive atrii iuliani lapidibus complures vidi a romanis olim antiquariis vulgatos: quis tamen tot illos nobis monstret Romae olim prostantes lapides, quorum ectypa in libris legimus, archetypa desideramus? Ubinam sunt tot illi graece et latine scripti lapides, tum ethnici tum christiani, quibus ecclesia S. Martini ad montes, id est in Carinis, constrata erat, teste Hugonio in stationibus p. 254. b? Quidnam superest tot literatorum monumentorum in antiquis basilicis, quibus novae iam successerunt, vaticana videlicet lateranensi ac liberiana? Sed enim qui amissorum christiani argumenti lapidum urbanorum luctificam historiam diutius audire avet, is adeat Boldettum de coem. lib. II. 1, qui dispersionem illorum saepe spontaneam candide narrat; multoque magis Bottarii laudatam iam praefationem, in qua is tragico prope cothurno et quasi threnis detrimentum hoc idoneis auctoribus docet atque declamat. Atque hoc scriptorum lapidum damnum eo magis mirari licet, quod Pontificum maximorum conservandi eosdem studium probe novimus. Primus enim post fugatam barbariem Nicolaus V. P. M. scriptos lapides coacervandos curavit. Primus item Leo X. P. M. Iacobo Mazochio romanae acade-

miae bibliopolae, cuius lapidum scriptorum princeps in orbe editio est, privilegium favorem laudemque contulit. Quin adeo Leonis eiusdem extat epistula (in edd. XXI) per Petrum Bembum ad Raphaëlem urbinatem, pictorum apicem, scripta qua summo viro, quem aedificandae vaticanae basilicae praefecerat, curam demandavit ne quid res lapidaria detrimenti caperet, id est ne scripti lapides a marmorariis per occasionem eius fabricae pessum darentur. Hem quales quantique viri, Deus bone, conservandis Romae inscriptionibus paene frustra invigilaverunt, Leo X, Petrus Bembus, Raphaël urbinas! Praedictus quoque Clemens XI. severo edicto vetuit (bullar. eius P. II. p. 338) ne quid priscarum inscriptionum laederetur; id quod multo ante ab Eugenio IV. et Callixto III. gravibus poenis cautnm fuisse scimus.

VIII. Nunc ut aliorum hominum molimina persequar, qui coacervandarum conservandarumque saltem in libris inscriptionum christ. curam gesserunt; Gregorius Terribilinius, romanus sacerdos, opus prelo paraverat cum hoc titulo: "Collectio veterum inscriptionum ad illustrandam romanorum Pontificum historiam adornata." Idque opus se adgressum fatebatur, adhortante Iosepho Blanchinio, a quo mediocrem inscriptionum acceperat numerum ex basilica ostiensi et ex Etruria comparatarum. Reliquas ipse Terribilinius descripserat ex lapidibus, aedium sacrarum musivis, codicibus denique librisque impressis. Sane opus Terribilinii lucem aspexisse non videtur; schedis tamen eius se fuisse usum Marinius in suis scholiis saepe demonstrat: quin ego Terribilinii quoque brevem operis prologum inter Marinii chartas videre me memini. Iosephus quoque canonicus Scalabrinius inscriptiones multas christ. in ferrariensi agro conquisiverat, lignoque excudendas curaverat, quas ego schedas in marinianis adversariis multas vidi. Alexius Pelliccia, qui in opere de ecclesiae politia T. III. rem lapidariam Christianorum diligenter tractavit, syllogen lapidum christ. in neapolitano regno superstitum vulgaturum se aliquando spondebat. A Benedicto quoque Bacchinio, clari nominis viro, inscriptionum christianarum thesaurum coeptum fuisse coacervari, testis est in litteris, quas ego legi, ad Marinium datis Angelus Mazza V.C. parmensis, qui hanc notitiam e scriptis Bacchinii iam demortui nactus erat. Neapoli iterum de vulganda

Aliae cogitatae collectiones inscriptionum christ.

christianarum inscriptionum sylloge cogitatum ante hos annos scio. Certe et ego nuper in publico regiae Parthenopes museo christianos lapides prostantes, sed oppido paucos, vidi; quare alios alibi extare necesse est. Ecce enim illos, qui erant Neapoli in secretario aedis S. Martini, diligentissima mauu descripsit, et cum rubrica ornatibus suisque formis ad Marinium transmisit V. C. Fr. Xaverius Gualtherius casertanus episcopus, vir omni laude maior, et in devexa aetate vividum adhuc splendidumque ingenium retinens.

P. Zachariae cogitationes de inscr. coll.

IX. Sed enim inscriptionum christianarum, quam a se curatum iri sperabat, collectionem nemo disertius delineavit, quam celeberrimus P. Fr. Zacharias (qui et earum magnum numerum in variis operibus protulit) cuius nuncium prodromum, seu suscepti operis descriptionem, heic ponere operae pretium est. Sic ergo ille in historia sua litteraria T. IX. p. 306. "Da questo libro (dal terzo tomo della Ro„ ma sotterranea) vogliamo prendere occasione di annunziare al pu„ blico una opera, che da molto tempo prepara chi fa questo estrat„ to (il P. Zaccharia). Il nostro autore (monsig. Bottari) accenna di „ voler dare una raccolta di molte cristiane iscrizioni più importan„ ti. Bellissima idea è questa; ma io (il P. Zaccaria) una più ampia „ collezione di tutte le antiche cristiane iscrizioni sino all'ottavo o „ nono secolo dell'era nostra vo da alcuni anni allestendo, e piac„ cia a Dio che a fine possa condurla. Non sarà intanto inutile cosa, „ che io tutto ne proponga a parte a parte il sistema, affinchè ed „ aiuti e lumi mi si somministrino da coloro, i quali di sì preziose „ memorie si trovano forniti, e desiderio si accenda ne' nostri stam„ patori di darla a luce. Dee dunque a questa raccolta dare co„ minciamento il bel libro di Onofrio Panvinio *de ritu sepeliendi* „ *mortuos apud veteres Christianos, et de eorumdem coemeteriis*, „ che mi trovo avere della edizione di Colonia A. 1568, con ampie „ annotazioni. A questo libro seguiranno due dissertazioni: nella „ prima si tratterà della lingua, in cui scritti sono gli epitaffi cri„ stiani, de' caratteri che vi si veggono, della ortografia, della in„ terpunzione, delle note croniche in essi usate, di alcune formo„ le più comuni nelle cristiane iscrizioni, e finalmente degli orna„ menti, tra' quali il primo luogo certamente aver debbono i va„ rii simboli, con che a' misteri della religione si alludeva da' pri-

„ mi fedeli. Nell' altra dissertazione metterannosi in veduta i dom-
„ mi della fede ed i riti santi, de' quali nelle lapide si trova men-
„ zione, aprendosi così a' teologi un nuovo fonte da difendere con-
„ tro gli eretici la dottrina cattolica. Quindi verranno le iscrizioni
„ in varie classi distribuite. Eccone l' ordine. CLASSE I. *Religio*
„ *in Deum.* CLASSE II. *Religio in sanctos.* CLASSE III. *Templa.*
„ CLASSE IV. *Templorum ornamenta, vasa sacra, idque genus*
„ *cetera.* CLASSE V. *Dies festi.* CLASSE VI. *Sacramenta.* CLAS-
„ SE VII. *Hierarchia ecclesiastica, ac primo romani Pontifices.*
„ CLASSE VIII. *Episcopi.* CLASSE IX. *Presbyteri.* CLASSE X.
„ *Ordines maiores.* CLASSE XI. *Ordines minores.* CLASSE XII.
„ *Monachi.* CLASSE XIII. *Laici.* CLASSE XIV. *Laici dignitate*
„ *praestantes.* CLASSE XV. *Artes atque officia minora.* CLASSE
„ XVI. *Leges ecclesiasticae.* Oltre gl' indici necessarii sul metodo
„ de' gruteriani, penso di aggiugnere 1. Un martirologio lapidario,
„ nel quale per ordine de' mesi distribuiransi i santi martiri nelle
„ lapide rammemorati. 2. Un lessico lapidario, nel quale si spie-
„ gheranno le parole e le formole che trovansi nelle lapide (per-
„ ciocchè solo brevi annotazioni porremo a luogo a luogo, quante
„ bastar possano a rischiarare il senso delle iscrizioni.) 3. Una rac-
„ colta delle dissertazioni, con le quali sono state particolari la-
„ pide cristiane dichiarate; come la dissertazione del Cotta sopra
„ l' iscrizione di Filacrio vescovo di Novara; la dissertazione del
„ P. Lupi sopra l' epitaffio di S. Severa; le dissertazioni fatte so-
„ pra la lapida d' Ilaro, alcune del P. Corsini ecc. „ (1)

X. Hi atque alii sine dubio plurimi facem praetulere Marinio in incipienda moliendave christianarum epigrapharum collectione: quod egregium opus omnibus denique numeris, si fieri poterat, absolvendum cumulandumque Marinius in se recepit; neque tamen vel publici iuris morte interceptus fecit; neque reapse, ut postea dicam, perfectum illustratum limatumque, quantum gravitas prolixitasque rei postulabat, reliquit. Est igitur marinianum inscriptionum christianarum ms. exemplar in quatuor ut dixi volumina distributum, quorum singulis Collectio Marinii.

(1) Idem Zacharias tres suas promiserat edituram dissertationes 1. *de dogmatibus christianis*, 2. *de sacramentis*, 3. *de hierarchia*; atque has doctrinas perpetua inscriptionum auctoritate confirmaturum. (Cancellar. de SS. MM. Simplicia et Ursa p. 100.)

paginis glutine adnexae sunt inscriptionum schedae, a primis ecclesiae saeculis usque ad decimum : quo in consilio et instituto praeivit Marinio Donius, qui reapse usque ad hunc terminum inscriptiones christianas a se collectum iri dixit in epistula encyclica, quam ad episcopos praecipue misit suppetiarum gratia impetrandarum (1). In his marinianis schedis inscriptiones maioribus litteris sunt exaratae (exceptis carminibus) atque interdum ad imitationem archetyporum efformatae : immo hae schedae quandoque typis sunt excusae, quippe quas Marinius e libris dissertationibusque impressis haud raro abscisas sibi vindicavit. Insunt etiam christiana symbola seu hieroglyphica, columba videlicet, agnus, pastor cum ovicula, Christi monogramma, palma, corona, vasa diversa, cruces, piscis, navicula, Daniel cum tribus pueris, atque Ionas. Insunt praeterea instrumenta artium varia vel martyriorum, ornatus vel aedificia, picturae multae, musiva, anaglypha, sigilla, diptycha eburnea, plumbei orbiculi, vitra picta, anuli, arae etc. Haec inquam figurata opificia in primo plerаque sunt volumine ; namque in sequentibus perraro apparent. Sane Marinius laudabiliter haec artium christianarum monumenta collegit, sed idem sibi atque aliis gravissimum obicem vel certe moram diuturnam ac prope perpetuam iniecit edendi operis inscriptionum : quum enim non sine his figuris curandum opus inspicienti cuique videretur, magnitudo impensae, et difficultas varii laboris cunctos deterruit, qui aliquando animum ad editionem forte converterant. Ego vero ipse his considerationibus valde permotus, edendi officium detrectassem, si certe aliquis opulentioribus adiumentis instructus in se provinciam recepisset; quod quum secus esset, planiorem deniqne viam ingredi statui, qua propositum attingere finem utcumque liceret. Itaque in primis quum litterarum formae maioris, quarum in edendis epigraphis sollemnior est usus, idonea copia carerem, decrevi exemplum sequi Fleetwoodi angli, qui suam antiquarum inscriptionum syllogen satis commodam atque probatam, et ab ipso Marinio omni fere in pagina commemoratam, communibus id est minoribus formis edidit tum latinis tum etiam graecis : quod typographicum tamen institutum nihil eius libro obfuit, quem manibus studiosi homines libentissime versant. Ceteroquin utrum id

(1) Apud Bandin. vit. et epist. Donii ep. XLV.

meum consilium reliquamque editionis rationem eruditis quibusdam vel Timonibus sim probaturus, qui nihil praeter sua vel familiarium suorum amant, valde dubito: neque tamen alienis iudiciis magnopere moveor, tum quia haud ignarus sum, facinora viventium gravatius, mortuorum gratius accipi, faveri praeteritis, invideri praesentibus, ut ait Fronto; tum quia nihil imperiosius necessitate est: cuius ego nutum secutus, monumenta quoque ficta vel picta praetermisi, exceptis aliquot christianis symbolis, cruce scilicet, ove, pisce etc. quorum formas metallo mihi effingendas curavi.

Artium monumenta omittuntur.

XI. Quamquam vero quam dixi necessitas hac in re satis me excusat, nihilominus ea sunt edendorum tot monumentorum incommoda, et quandoque etiam absurditates, ut omnino tali consilio temperandum mihi iudicaverim. Cur enim paucorum verborum causa, quae his monumentis impressa sunt, obiiciemus lectoribus quamlibet molem? Reapse Marinius in suam collectionem invexit cruces varias et magnas, quas Borgia aliique ediderunt; tabulam amplam foroliviensem, quam Cancianus; kalendarium marmoreum neapolitanum, quod Mazochius; picturas multas et amplas ac musiva urbanarum ecclesiarum quae Ciampinius, Alemannus, aliique; ambones, quos Rubeus atque Spretus; calices, coronas, clypeos votivos, alia donaria plurima, quae in tabulis aeneis cusa multi publicaverunt. Titulorum vero minorum capitula mariniana pictis, fictis, scalptis, plasticisque opificiis omnia constant. Ibi enim sunt monogrammata vel monocondyla innumera, gemmae, et plumbea sigilla, puta Ficoronii; vitra inaurata Bonarotii, maiores gemmae Victorii, eburnea diptycha Donati, lucernae et figlina Aringii atque Boldetti, muliebris mundus argenteus a Quirino iam Vicecomite illustratus, historiae Christi martyrumque eius late depictae. Quid ni vero basilianum quoque martyrologium cum litteratis innumeris picturis suis, cuius aetas ab aevo milliario vix abest, in censum veniat? Si ergo artium christianarum monumenta omnia, dummodo aliquam litteram inscriptam habeant, in nostram inscriptionum collectionem transferenda sunt, res meo iudicio operosa nimis geritur et prope exitus desperati. Illud denique ab hac sententia vel maxime dehortatur, quod ipsa monumenta veram formam in marinianis schedis non retinent. Nam sive ea scriptorio calamo

deformata sunt, rudes hae atque arbitrariae suut lineae quas nemo artifex imitari velit; sive etiam in aere cusa atque a diversis libris detracta, ne sic quidem veritati monumentorum satis consultum video: liberius enim haec quondam ab artificibus nostris exprimebantur et perfunctorie, quae nunc accurate et severe repraesentari solent. Quis autem cuncta haec monumenta late dispersa et inventu perdifficilia aut pessum data conquirere possit, et sub artis ac veritatis examen revocare? Mihi igitur epigraphas, detracto omni opificiorum ornatu, satius edere visum est.

Operis titulus et partitio.

XII Sed enim mariniani exemplaris diligentiorem adhuc imaginem exhiberi lectoribus aequum est. Eius quidem titulus est huiusmodi. *Inscriptiones christianae latinae et graecae aevi milliarii. Conlegit, digessit, adnotationibus auxit, Caietanus Marinus a bibliotheca vaticana, item a scriniis Sedis apostolicae.* Sequitur deinde *partitio operis.*

PARS I.

CAPUT I. Vota, precationes, divorum elogia, item nomina in lipsanothecis, fastus, cycli.

CAP. II. Arae, templa, aedes, fontes, donaria, cetera monumenta sacra facta data dicata restituta consummata.

CAP. III. Bona in commoda ecclesiarum donata legata.

CAP. IIII. Inscriptiones honori augustorum, regum, dynastarum.

CAP. V. Virorum et feminarum clarissimarum.

CAP. VI. Leges, aedificia, loca publica, privata.

CAP. VII. Tituli minores in ligno et in gemmis.

CAP. VIII. In auro et argento.

CAP. VIIII. In aere.

CAP. X. In plumbo.

CAP. XI. In ebore.

CAP. XII. In vitro.

CAP. XIII. In musivo et pictura.

CAP. XIIII. In opere doliari.

CAP. XV. Miscellanea inscriptionum incertarum sedium.

PARS II. (*)

CAP. XVI. Epitaphia martyrum.

(*) Partes operis a me paulo aliter in editione distribuuntur.

 Denique in quarti voluminis calce sunt *indices totius operis. CAP. I. Nomina divorum divarumque. CAP. II. Nomina pontificum maximorum. CAP. III. Nomina pontificum minorum. CAP. IV. Nomina augustorum, regum, item augustarum, reginarum. CAP. V. Nomina consulum. CAP. VI. Dignitates, honores, officia, artes, professiones, negotiationes. CAP. VII. Regiones, populi, urbes, loca publica, privata. CAP. VIII. Nomina propria virorum. CAP. IX. Nomina propria mulierum. CAP. X. Nomina virorum et mulierum in inscriptionibus calaritanis. CAP. XI. Index carminum latinorum graecorumque.* Iamvero ad hoc mariniani operis fidele speculum nonnulla adnotanda sunt. 1. Adnotationes Marinius non nisi inchoatas aut rudes, ut mox dicam, reliquit. 2. In operis partitione nihil

molestius editur quam capita illa titulorum minorum: nuda enim saepe verba, sine idonea sententia, leguntur: ego igitur partem hanc titulorum minorum universam interim praetermisi. Ad indices quod adtinet, ii sane perutiles sunt; sed tamen postremum carminum indicem Marinius sine effectu promisit; ceteri quia sunt accommodati ad manuscripti exemplaris paginas, quarum ratio et ordo in editione servari non potuit, reformandi scilicet erunt, statim ac universi operis profligata editio fuerit.

Adnotationes Marinii

XIII. Adnotationes, quas in operis titulo promisit Marinius, si certe tam ponderosas et doctas facere suscepisset, quam ad papyros, ad acta Arvalium, vel etiam ad Albaniorum epigraphas concinnavit, nullum ut arbitror scribendi finem fecisset. Ergo contrario instituto, nihil aliud saepe in scholiis posuit quam fontium, unde singulae inscriptiones dimanant, demonstrationes. Neque vero haec scholia inscriptionibus ipsis adtexta sunt, sed ea Marinius separatis in foliis et quidem imperfecta et rudi ratione scripsit: modo enim latine loquitur, modo lingua Italorum vulgari, modo utramque dialectum in eadem adnotatione permiscet: quae evidens demonstratio est, nondum his scholiis manum auctoris ultimam accessisse: quae quidem ego scholia paene fortuito inter eius chartas offendi. Saepe vero adnotationis loco nihil aliud dicit Marinius, quam *vedi la scheda*: sive quia illa inscriptio paulo prolixius eruditiusque illustranda erat, sive quia ipsam illustrationem in aliud tempus opportunitatemque differebat. Hae schedae mihi diu nusquam apparuerunt; itaque in meis animadversionibus saepe harum desiderium testatus sum. Postremo, absoluto propemodum hoc volumine, nactus sum schedarum latitantium indicium, cuius ductu eas demum reperi impolito opere ut cetera scholia scriptas, modo nempe vulgari lingua modo latina, et sine nexu orationis ut in lucubrationibus inchoatis fit. Itaque quod unum supererat, schedarum harum summas res aut praecipuas in voluminis calce scripsi, ne vel lumen epigraphis vel Marinio laboris sui gloria periret. Iam quum mariniana collectio paginas impleat 1025, scholiorum tamen descriptio nonnisi usque ad p. 375. pertingit: neque ulterius Marinium fuisse progressum, vacuae postremorum foliorum paginae satis testantur. Reliqua vero scholia in confusis imperfectisque tam vasti operis sche-

dis acu quodammodo conquirenda erunt. Porro haec scholia, in quibus plurimi appellantur auctores, a me ad fontes unumquodque suos conferri atque exigi aequum erat; id quod sane impigre in parte operis feci: cuius sedulitatis fructum tuli multorum sive in ipsis epigraphis sive in aliis errorum emendationes: verum postea partim libris Marinio familiaribus destitutus, partim meis occupationibus vehementius abreptus, in alienis adfirmationibus conquiescere coepi: quamquam signa certe arithmetica paginarum ex tot libris adnotatarum nutantia interdum ac mendosa subdubitabam vel potius deprehendebam. Sed enim hosce humanae conditionis infirmitatisque defectus, siqui sunt, bonitas aequitasque legentium non inhumaniter ut spero feret. Sane in multis editionis huius quaternionibus adnotationes quoque meas cum Marinii scholiis contexui; ita tamen ut litteris *Mr.* Marinium, litteris vero *A.M.* memet ipsum significaverim. Mox progrediente opere, Marinii ferme scholiis contentus fui, tum ob viri reverentiam, tum etiam ut tempus meum susceptis aliis impenderem lucubrationibus. Atque haec de ratione scholiorum dicta sufficiant.

XIV. Praefationem Marinius voluminibus a se in vaticana bibliotheca depositis nullam prorsus adiecit (1): de qua quum quaererem, nihil aliud reperi quam minutarum schedarum vernaculo sermone scriptarum quendam numerum nullo ordine, nullo nexu, nullumque corporis simulacrum adumbrantium. In his pertenuis speciei chartulis frustulisve (quae saepe sunt ex alienis epistulis vel scripturis quibuslibet detracta opisthographa) adnotabat per otium proque re nata Praefatio Marinii nulla.

(1) Ne quis suspicetur me hac in re quicquam dissimulare, en testimonium ex libello de vita et scriptis Caietani Marinii anno 1815. Romae apud Alanum impresso p. 114. *Non havvi in questa opera (delle iscrizioni cristiane del Marini) prefazione alcuna, e le iscrizioni sono riferite colla semplice indicazione del luogo, da cui sono desunte, senza che annotazione alcuna siavi aggiunta. Era bensì intenzione dell' Autore di farvi illustrazioni copiosissime, ma avvenne a lui, come a tanti altri uomini dotti, che molto scrivono, più disegnano di scrivere; frattanto sopragiunge la morte, e vani restano i loro ottimi disegni, o imperfette le opere loro. Il Marini aveva realmente incominciato a fare alle sue predilette iscrizioni cristiane delle illustrazioni diffuse, ed io ne viddi presso il di lui Nipote molti frammenti; ma la brevità della vita non gli permise di condurre a fine una opera sì grande.* Profecto ad praefationem quod adtinet, ego in schedis Marinii paulo amplius, quam auctor testimonii, reperi; neque tamen prorsus materiam tantam, quantam alii fortasse narraverunt, quorum adfirmationi haud equidem contradico, si de oculorum suorum iudicio loquuntur; meos tamen certe oculos multo hercle minus, idest nihil praeter vagas ac breves foliisque Sibyllae perturbatiores schedulas, vidisse scio.

vir doctissimus si quid ad praefationem instruendam videbatur aliquando profuturum: miscella sane ac prope nullius usus congeries, nisi certe ab eodem informaretur qui orditus fuerat: ipse enim pro suarum cogitationum norma ac ductu, ei demum rudi exiguaeque materiae, tamquam Deus in chao, spiritum sucum nervos ordinemque indidisset. Ceteroquin mihi has obiter chartulas lectitanti visus est Marinius in praefatione acturus de inscriptionum collectionibus variis et editoribus tum ethnicarum tum christianarum, deque harum fatis et vicissitudinibus ab heroicis ferme temporibus usque ad nos: quae tractatio quum duas partes complexura videretur, ego priorem omittendam iudicabam de ethnicarum vel miscellarum collectionibus, tum quia ab aliis, veluti Reinesio, Burmanno, Gudio, Muratorio, Saxio, Gorio, adornata satis videtur, tum quia a nostro argumento distantior est. Itaque christianae tantummodo classis collectionum qualemcumque notitiam e marinianis schedis aegre hausi, eamque intermixtis curis meis passim auxi, meisque verbis digestam sub huius prohoemii initio lectoribus obtuli, marinianis inquam saepe coloribus, penicillo meo. Praeterea de falsis suspectisve inscriptionibus dicturus erat Marinius, cuius rei plurima exempla apud celeberrimae famae libros sibi adnotavisse videtur; et de inscriptionibus certe calaritanis, deque Vitalis, Esquirri, atque Bonfantii circa has historica levitate locuturus, ut puto, erat: verumtamen de hac quoque labe docti alii verba fecerunt; immo et falsarum syllogen ob legentium cautelam admonitionemque, veluti Gruterus, Gudius, Finestresiusque, dederunt. Ego a Marinio disquisitionem potissime optassem de inscriptionibus, quae utrum ethnicae an christianae sint, dubitatur: quod sane incommodum neque a vaticana lapidum collectione, neque ab ipso Marinii opere, semper abest: quamquam in eius chartis mediocrem numerum inscriptionum reperi ab eo reiectarum quia christianae non videbantur. Fateor id quidem magni ac subacti esse iudicii, diuturnaeque peritiae atque laboris, nec sine multarum rerum cognitione (quae in Marinio abundabat) veluti formularum, et signorum quae saepe eadem in utriusque religionis castris militant, dictionum etiam, emblematum, atque siglorum, in dubiis huiusmodi certum denique aliquid posse constitui. Nam quis non rideat boni illius credulitatem viri, qui litteras *I·O·M.* lapi-

di inscriptas, prae foribus monasterii cui praeerat, interpretabatur *introitus omnium monachorum*, et non potius *Iovi optimo maximo*, ut in classe inscriptionum de diis ethnicorum passim legimus?

XIII. Quod si Marinius praefationem, vita comite, instruere potuisset, de peculiari quoque inscriptionum lingua dicturus erat, de idiotismis, de compendiis, de acrostichis, praecipueque de formulis plerumque christianis quidem, sed quae tamen in ethnicis quoque monumentis interdum occurrunt. Chartam, exempli causa, Marinii paulo longiorem reperi, in quam de Christi monogrammate meditationes aliquot coniecerat, quibus certe carere facilius poterimus, si tot illas de hoc argumento legerimus plurimorum eruditorum, qui in additamentis indicum Gudii p. 7. et 8. appellantur: tum aliam aeque fere prolixam schedam vidi in qua de sanguineo martyrum vase et de catacumbis nugabatur: verum neutra scheda ordinatum aliquid nedum perfectum continet: cumque antiquitatum christianarum scriptores nostri, veluti Aringius, Scacchius, Boldettus, Muratorius, Victorius, Gorius, Rosweidus, Blanchinius, Lupius, Mazochius, Bonarotius, Pelliccia, Trombellius, Lazarus, Georgius, aliique multi, et ipse pontifex maximus Benedictus XIV. in epistula ad canonicos bononienses (1) de his similibusque rebus abunde disseruerint, abstinendum mihi a marinianis his rudimentis putavi; quae ipse utique pro sua multiplici eruditione, proque inchoatis iampridem mentis propriae commentationibus egregie absolvisset, mihi vero perdifficile perque molestum ac taediosum erat alienas cogitationes serviliter persequi atque connectere. Atque eadem dicta sunto de variis etiam christianis symbolis in epigraphico regno obviis, de quibus ne veteres quidem siluerunt, veluti Tertullianus, Hieronymus, Augustinus, Prosper, qui de cruce, calice, et pisce, Clemens alex. qui de columba, lyra, navi, anchora, Eusebius et Paulinus qui de Christi monogrammate, aliquid dixerunt: verumtamen hanc materiam plenissime evolverunt Aringius R. S. lib. VI., Mamachius AA. lib. III: et ne alios auctores plurimos quasi ad pompam enumerem, symbola selecta quatuor

Coniecturae de praefatione Marinii.

(1) Bullar. eius T. IV. app. p. III.

supra viginti nuper recensuit et elegante dissertatione enarravit vir illustris atque doctissimus Fridericus Munterus danus (1). Sed certe in primo praefationis suae ingressu commendaturum late fuisse Marinium rem epigraphicam eiusque laudes sapienter praedicaturum, satis nisi fallor docent schedae; ego vero hanc praecipue partem libentius omisi, quia et res luculenter per se patet, et laudantium multitudine minime caret.

Natura operis mariniani.

XVI. Sed enim ante quam praefatione defungar, defendendus mihi quodammodo Marinius est adversus eos, qui quum falso praeiudicio ineditas christianorum temporum inscriptiones ab illo forte expectarent, nunc novas prae cognitis perpaucas vident: namque omnia fere Marinii scholia in hoc versantur, ut libros, unde singulae epigraphae ab eo desumuntur, nominent. Quid vero dicam? nisi quod ipse titulus operi a Marinio praepositus, pure demonstrat non esse hanc inscriptionum chr. publicationem sed collectionem. Marinius videlicet hoc soritico studii genere delectatus, iamdiu eiusdem dederat specimen volumine edito papyrorum diplomaticarum, quae item pleraeque omnes a maioribus nostris editae fuerant. Et tamen nemo cordatus est, qui magnam gratiam Marinio non habeat, propterea quod diplomata late dispersa, et saepe perperam edita, coniuncte demum atque emendatissime, non sine copioso commentario recudit. Quid? Arvalium acta et archiatrorum pontificiorum catalogum nonne alii eruditi antea vulgaverant? Quis tamen tali tantoque monumentorum horum illustratori Marinio maiorem laudem non tribuat, quam si primus ipse edidisset? Cumque Morcellius inscriptiones albaniae villae nudas omni ornatu in publicum emisisset, nonne Marinius, rogante ipso Morcellio, egregia sua supellectile eas postea convestivit, comites alias adiunxit plurimas, librumque gratissimum eruditorum manibus tradidit? Quamquam reapse labor colligendi inscriptiones christianas prope innumeras, in classes dispertiendi atque indicibus instruendi, longe gravior quam edendi reliqua monumenta, credendus est. Summa vero studiosis hoc mariniano labore suppeditatur commoditas, quia iam licet, tot libris iisque interdum valde raris omissis, in uno Marinii

(1) Symbola veteris ecclesiae artis operibus expressa. Hafniae MDCCCXIX.

thesauro universam simul christianam rem epigraphicam contneri. Quam ego utinam editionem cito absolvere possim! Certe inceptum laborem pro animi viribus proque opibus perurgebo. Nunc tamen ex triginta duobus quibus opus constat capitibus, octo dedi, id est quartam mariniani exemplaris partem; unde licet lectoribus de reliqua adhuc edenda planissime iudicare.

De classe inscript. martyrum.

XVII. Etsi autem de singulis huius operis partibus disputare non vacat, unam tamen praeterire indictam vix licet. Ex omnibus christianarum inscriptionum classibus, illa martyrum et praestantior fere ceteris est, et criticorum sacrorum lumen artemque desiderat: quam nunc ego disquisitionem pro tantae rei dignitate commovere vix queo, nedum apte contexere et consummare: alioquin haec praefatio, quae iam diu protrahitur, in immodicam molem excresceret. Satis igitur in praesenti fecero, si modo digitum ad indagandos cognoscendosque veritatis fontes intendero. 1. In primis quod adtinet ad ingentem martyrum multitudinem, sententia ecclesiae catholicae tam valide contra Dodwellum a doctoribus nostris propugnata fuit, veluti a Ruinartio in praefatione ad martyrum acta, et a Mamachio, qui ceterorum scriptis sollerter uti solet, in AA. christianis lib. II. 8, ut siquis praeterea hac super re digladiari velit, actum agere visurus sit. 2. Romam praecipue cruore martyrum christianorum redundasse et demonstravit late Boldettus in opere de coemeteriis, et inventa innumera cum indubiis passionis iudiciis corpora adserunt. 3. In romanis catacumbis, quae sunt praecipuae lipsanorum horum fodinae, numquam ethnicos, sed christianos tantummodo homines fuisse sepultos, evidenter aeque comprobavit Boldettus, ita ut omnis errorum sit sublata suspicio, et iam Basnagii, Gronovii, Burnetii, ac Missonii et similium dubitationes vel calumnias contemnere liceat. Nihilominus, nisi inscriptiones vel congrua signa adsint, commoveri a nobis Christianorum veterum corpora de suis locis non solent. Sane quod Christiani contaminari coemeteria sua profanorum corporibus non sint passi (quod hodie quoque catholica ecclesia summe aversatur) locus classicus S. Cypriani demonstrat in ep. 68, ubi lapso Martiali episcopo asturicensi inter cetera crimina obiicit, *quod filios apud profana sepulchra deposuisset*, *et alieni-*

genis consepelivisset. Ad quae verba Baronius ad an. 258. n. 4. ait: " illud est observandum (quod ad pristinos ecclesiae mores per- „ tinet) his verbis plane significari, Christianos a gentilibus sepul- „ chra discreta habere solitos, nefasque fuisse se illis post obitum „ commiscere, a quibus viventes abhorruissent: quae obsignasse „ voluimus ob aliquos leviter nimis dicentes, in Urbis coemete- „ riis una cum Christianis gentiles quoque sepeliri consnevisse; „ nam immane scelus id, ut vidimus, esse censebatur. „ Is autem mos, cum alias causas tum illam non ultimam habuit, quod Christiani haud se in sepulchris, ut ethnici, sed in coemeteriis, id est *dormitoriis* iacere dicebant, propter spem resurrectionis certissimam, quae profanis ad beatam vitam futura non erat. Hinc S. Hieronymus in funebri Lucinii laudatione (ep. 75) *neque enim mors*, inquit, *sed dormitio et somnus appellatur. Unde et beatus apostolus vetat de dormientibus contristari: ut quos dormire novimus, suscitari posse credamus, et post digestum soporem, vigilare cum sanctis.* Quod separationis studium eo demum processit, ut Christiani aliqui nonnisi in monosomo condi se voluerint, interpositisque diris, ut in lapide bibl. vat. Bonosa quaedam, vetuerint nequis alterum hominem super se poneret: unde et illud sive serium sive iocosum epitaphium Feliciani veronensis apud Grut. p. 1052. 8. qui se solitarium libenter iacere ait, ut in die censorio sine impedimento facilius resurgat.

Signa martyrii

XVIII. Iam de signis, quibus martyrum corpora discerni a ceteris Christianorum in antiquis coemeteriis possunt, varie a catholicis criticis disputatum fuit. Ut omnium severissimos nominem, Fortunatus Scacchius pontificii sacrarii olim praefectus et reliquiarum custos, opus nobile Urbano VIII. P. M. inscripsit cui titulus de notis ac signis sanctitatis beatificandorum et canonizandorum: in eo autem peramplo libro sect. IX. cap. 2. disquirit quodnam argumentum sanctitatis sumatur a coemeteriis et cryptis arenariis antiquis, aitque palmam, cruces, monogramma ☧, columbam, anchoram, haud certa esse martyrii signa, nisi alia conspirent adminicula, veluti instrumenta consepulta passionis, sanguinis vascula, aut cruenti panniculi. Passionis instrumenta intelligo gladios, lora plumbata, ungulas ferreas, fodiculas: nam fodiculas, non fidiculas, recte lectum est in vetere Isidori glossario; quam lectionem tue-

tur fodicularum forma, instrumentum scilicet ferreum (non funiculus) variis armatum aculeis ob suffodienda tum reorum tum martyrum viva corpora; cuiusmodi instrumentum in museo sacro vat. visitur, et in vulciensibus etiam Etruscorum sepulchris nuper repertum fuit; nisi id potius bustuarium est, fodicandis videlicet rogi ignibus adhiberi solitum. Sed enim Tillemontius H. E. T. V. p. 536, et Mabillonius it. italic. p. 141. certissimum martyrii signum illud esse pronunciant, si vetus inscriptio adsit, quae rem apertis verbis adfirmet. Verum enim vero id demum testimonium est, non indicium. Et paucas sane inscriptiones diserte martyrii vocabulum prae se ferre Mabillonius in epistula mox citanda dixerat, et Boldettus etiam confessus fuerat; nunc vero qui collectionem nostram (neque martyrum tantummodo classem, sed alias quoque tum editas tum edendas) attente legerit, ingentem lapidum numerum martyria nominatim testantium inveniet. Idem autem Mabillonius in prolixa celebri epistula de SS. ignotorum cultu, quam sub Eusebii romani larvato nomine edidit, tum secundis curis castigatiorem effecit, post multa severe dicta, sanguinea tamen vascula pro certis martyrii argumentis habet. Neque est cur Tillemontio loc. cit. scrupulus oboriatur, propterea quod sanguinea vascula in sepulchris etiam parvulorum deprehendantur, quorum innocens aetas a persecutione tyrannorum plerumque tuta videtur. Etenim plurimos pueros martyrium fecisse, prolatis in medium omnigenis antiquorum temporum monumentis demonstravit pontifex maximus Benedictus XIV. in luculenta ad Ben. Veteranum fidei promotorem epistula, Romae anno 1755. impressa, quam harum rerum studiosos legere necesse est, nec non in opere de C. SS. lib. I. cap. 14: idemque argumentum docte Balutius attigit in suis ad Cypriani epistulam 77. animadversionibus. Nuperius autem nonne in laponia multos pueros, perseverante erga ecclesiam Dei gratia, martyrii palmam adeptos scimus? Postremo inter severos criticos appellandus est Muratorius, qui in antiquitatibus italicis medii aevi T. V. dissert. 58. quae est de Christianorum erga sanctos post declin. imp. rom. veneratione, coemeteriorum christianorum symbola et reliquam huiusce generis materiam latissime pertractavit; eoque demum recidit, a Boldetto patrono palmae recedens, ut sanguinea tantum-

modo vascula veluti indubia martyriorum testimonia agnoscat : quod sane sanguinis testimonium concordes admittunt sacri antiquarii, veluti Aringius R. S. lib. III. 22, Lupius epitaph. S. Sev. p. 31. sqq., Blanchinius H. Q. T. I. part. 2. p. 199. et 200, Trombellius de cultu SS. ed. Bonon. an. 1741. T. II. part. I. p. 4. sqq. et p. 168, Bonarotius in praef. ad vitr. p. XI., in primis vero Boldettus qui in praedicto opere de coemeteriis nullum rei confirmandae argumentum praetermisit ; et nequis haec cruenta vasa miretur, dubitationem sustulit demonstrato veterum Christianorum studio colligendi conservandique martyrum sanguinis. Fabrettus vero inscr. p. 556. chemicum etiam Leibnitii experimentum narrat, quo sanguinis veritas adserta est. Atque his coronidem quodammodo imponit Benedictus pontifex, qui lib. IV. cap. 27. fin. disputationem ita concludit : " His consonat praxis eorum, qui modo praesunt cruendis „ corporibus e catacumbis ; a Nobis enim interrogati dixerunt, se „ solam palmam non habere pro sufficienti signo martyrii, sed to„ tum fundamentum a se constitui in vase sanguine tincto. „

Regulae crebrae.

XIX. Hactenus de martyrii signis. Quid autem de cautela, quam extrahendis romana humo sacris ossibus, fideliter custodiendis, prudenterque distribuendis, adhiberi scimus? Eius rei complures regulas Benedictus pontifex lib. cit. cap. 28. recitat, easque decreto praecessoris sui Clementis X. firmat. Ego insuper exterorum hominum atque ignarorum in gratiam aio, effodiendis martyrum coemeteriis, iudicandisque divorum lipsanis, praeesse Romae purpuratorum patrum speciale concilium, itemque Pontificis maximi card. Vicarium, et apostolici sacrarii praefectum, nec non sacrarum reliquiarum custodem (quod munus aeternae famae viri gesserunt Scacchius, Boldettus, Marangonius, atque Fabrettus) cum idoneorum administrorum cohorte ; quorum religiosam severitatem, doctrinam, prudentiam, veritatisque amorem, neminem non suspicere aequum est. Sunt item apud nos conscripti tractatus, leges, ac methodi, puta Scacchii, Bruni, Laderchii, quominus a recto tramite quispiam discedat : quae si leges omni tempore et ubique gentium servatae fuissent, disquisitio Ferrandi reliquiaria nata non esset. In his igitur rebus si romanos homines, pios dico atque prudentes, extraneis quibusvis, nedum heterodoxis, antetulero, eorumque iudi-

cia in primis secutus fuero, id aequo me iure facere semper putabo. Itaque et Marinius recte prudenterque fecisse mihi videtur, cum in classe martyrum illos quoque omnes conclusit, qui ob calicem sanguinolentum sepulchris adpositum martyrum in numero habiti sunt.

Curae editionis.

XX. Liceat mihi in extrema praefatione meum quoque laborem commemorare, qui hanc hercle editionem ante complures annos adgressus sum, mox quadriennio fere intermisi, alienato propter taedium et difficultates varias animo adversus eam fui, iterum in manus sumpsi, et abiectis prioribus editionis meae quaternionibus, qui ferme scholiis carebant, ratione nova et eruditiore librum adornavi: neque vero inscriptiones tantum edidi, sed saepe cum archetypis contuli, multas perdifficiles lectu quas Marinius vetustis formis expresserat explicavi, distinctionem et interpunctionem cunctis appinxi, romanam urbem eiusque templa, id est sedes inscriptionum, ἀκριβείας causa non semel concursavi, (de qua re p. 40. locutus sum) librorum struem pervolutavi, menda plurima sustuli, Marinii scholia recensui nec raro latina feci sententiisque interpositis conglutinavi, typothetarum molestissimae operae praefui, impensas denique omnes toleravi. Quin adeo epigraphas quoque aliquot Marinio incognitas addidi; kalendarii gothici fragmentum, a me Mediolani editum, quod liberiano et chartaginiensi kalendariis suppar aetate est, quae duo antiquissima hactenus habita sunt, et quaedam alia monumenta ex codicibus protuli; kalendarium lat. neapolitanum cl. Mazochii multis in locis reformavi; codicem palatinum perpetuo contuli, eiusque paginas, quod Marinius non fecerat, adnotavi; scholia denique multa de penu meo subtexui. Sed peculiarem, ut reor, mentionem postulat insignis et maximus lapis annonarius stratonicensis, qui diu post obitum Marinii romanae urbi innotuit, atque a me post aliorum eruditorum primas curas neque segniter neque impatienter declaratus est, totusque textus ad veriorem archetypi lectionem revocatus: quod sane monumentum a pag. 296. usque ad p. 315. spatiositate sua pertingens, in hac magna inscriptionum silva tantum fere eminet, quantum lenta solent inter viburna cupressi.

DE SECUNDA VOLUMINIS PARTE.

Codicum manu scriptorum, qui in Europae bibliothecis custodiuntur, impressi iamdiu catalogi in eruditorum usu versantur. Quis anglicanarum bibliothecarum coniunctum syllabum, quis parisiacos catalogos, lugdunenses, matritenses, batavicos, vindobonenses, mosquenses, bavaricos aliosque germanicos multos ignorat? Atque hi quidem trans Alpes praecipui; quorum honori Italia non cedit: etenim taurinenses, venetos, patavinos, veronenses, et florentinos numerosissimos codices, praeter alios aliarum urbium familiarumve plurimos, in impressis catalogis novimus: et nunc Neapoli etiam tum latini tam graeci codices ad communem notitiam beneficio typorum delati sunt. Atque horum catalogorum in publicam lucem deductorum quanta et quam patens utilitas sit, dum clausae bibliothecarum opes, quasi fruges ex horreo, ad alimoniam studiorum protrahuntur, praedicare nil interest. Mihi igitur, ut inceptam a praecessoribus meis orientalium codicum, qui in vaticano palatio sunt, notitiam absolvam, post descriptos in superiore volumine arabicos, nunc aliarum orientis linguarum codices, supplementi veluti loco, persequi libet. Nam vaticanos syriacae linguae codices quinquaginta septem supra ducentos clarissimi viri Iosephus et Stephanus Assemani, duobus grandibus voluminibus anno MDCCLVIII. et IX. Romae impressis, descripserunt. Sed ecce ducenti alii syriaci codices, ex hereditate ac bibliotheca praedictorum duumvirorum coëmpti, in bibliotheca vaticana servantur; quorum catalogum, brevem sane et latinis tantummodo litteris exaratum, praedicti Assemani manu sua scriptum reliquerunt: vix enim ego dubito quin ab ipsis reapse codicum dominis haec descriptio, quamquam duplici manu confecta, processerit. Ergo hanc reliquam syriacorum codicum partem haud diutius impressi catalogi honore carere patior: immo et indicem quem Assemani non confecerant, attexendum curo. Iam et hebraicos codices CCCCLIII. praedicti Assemani duo, primo in tomo catalogi sui Romae item anno MDCC LVIII. et IX. divulgato, cum erudito orbe communicarunt. Sed enim post illud tempus, octoginta circiter alii in vaticanos plu-

teos delati sunt codices Hebraeorum lingua conscripti, quorum brevissimam saltem notitiam evulgare nunc placet. Aethiopicorum bibliothecae vaticauae manuscriptorum syllabum plane ieiunum et vix luce dignum Vanslebius olim apud nos confecit, ut certe existimant Assemani. Hunc ego typis sic committo, ut multo accuratiorem aethiopicorum codicum notitiam me aliquando traditurum non desperem. His subtexui slavicorum, indicorum, sinensinmque, qui penes nos sunt, mss. codicum recensionem. Deinde copticae linguae manuscriptorum catalogum ab alterutro vel utroque simul Assemano diligenti studio elaboratum (priscus enim kirkerianus apud nos neglectus iacet) prelo subieci, eiusdemque indicem concinnavi. Et danus quidem Zoëga in suo perdocto catalogo cum borgianis copticis vaticanos etiam plerosque immiscuit; nihilo tamen minus vaticana series peculiarem distinctamque notitiam postulabat. Post codices copticos commode collocavi Iosephi Assemani luculentam disputationem italico sermone scriptam, in qua de Coptorum gente, et de recta apud illos sacerdotalis ordinis collatione, pro sua eximia ac prope incomparabili sapientia disserit: quae sane lucubratio quaestionibus theologorum gravissimis de re sacramentaria, et ecclesiae graecae orientalisque ritibus atque historiae lucem plurimam impertitur. Ibi etiam pontificalis libri Coptorum, quem Kirkerius mendose admodum latinum fecerat, partes haud modicas Assemanus peritius interpretatur. Postremo codicum armeniacae linguae vaticanorum notitiam posui, quam perdocti armenii monachi Congregationis venetae a reverendo Mechitario institutae roganti mihi elaborarunt; ego vero latinam feci: nam noster antiquus armeniacorum codicum syllabus parum oppido bonae frugis habebat.

TABULAE EXCUSAE EXPLICATIO.

Ad specimen lapidum christianorum delegi sex, qui bibliothecae vaticanae parietibus inter alios adfixi sunt et imaginibus aliquot rudi arte exornati.

I. Habet imagines Adami et Evae, Pastoris boni cum ovibus, et Danielis nudi orantisque inter duos leones; quas ipsas imagines cernere licet etiam in prima vitrorum sacrorum tabula a Bonarotio editorum, cuius commentarium legere pretium operae erit. (Mirum quippe, quomodo res adeo tenuis atque in speciem vilis, cuiusmodi ea vitrorum fragmenta sunt, summo viro explicandae eruditionis innumerae et optimae occasionem praebuerit.) Adest etiam delineatio villae. Ante aedes paulo nobiliores dominus sedet stolatus; deinde tugurium rusticum; bubulcus flagello boves territans; servus rusticus eos caula veluti concludens; alius iunctis tauris, *nudus* ut ait poëta *arat*. Denique catelli atque gallinae. Pro villae domino cogitaveram primo de Orpheo plectrum tenente qui beluas sono mulceret. Et sane Orpheum inter symbola christianorum monumentorum numeratum scio, deque eo doete Aringius loquitur R. S. lib. VI. 21; verumtamen in hoc lapide ornatus eius ab illo nimis differt, quem in vaticano Virgilio vat., et apud Bottarium R. S. T. II. tab. 63. et 71. spectamus. Epigraphe *vibas* (*vivas*) *Pontia in aeterno*. Littera *I.* voc. *Pontia* latet in *A.* oblonga.

II. Petrus et Paulus apostoli, quos inter Christi monogramma. Lapis inventus in coemeterio S. Hippolyti, quem rudi ultra rei veritatem opere exhibet Boldettus p. 193, cum alia quoque epigraphe, quae apud eum legitur, et in lapide adhuc superest.

III. Deipara sedens cum puero Iesu in gremio. Retro Iosephus coniux. Stella imminet. Coram Magi tres cultu barbarico, cum pileis phrygiis et palliis, qualis est oratorum troianorum ad Latinum regem habitus in Virgilio vat., qui pariter eodem corporum gestu munera offerunt, ut heic Magi: quorum obsequium in christianis monumentis exprimi solitum occurrit etiam apud Spretum inscr. Ravenn. T. I. tab. VIII, et apud Aringium in sarcophagu R. S. lib. III. 22. T. I. p. 617; et saepe alibi; deque ea re late disserit idem Aringius op. cit. lib. VI. 2. Legendus insuper elegantissimus Bonarotius vitr. tab. IX. fig. 3. p. 68 — 71.

IV. Titus Eupor (seu Euporistus) puer decennis manibus elatis, qui est orantium in christianis lapidibus habitus. Columbae seu pulli cum ramis.

V. In hac inscriptione tertius apparet Merobaudis consulatus cum magno Theodosio iterum consule, id est anno 388. Erat autem incognitus hactenus hic tertius Merobaudis consulatus: namque et Muratorius in annalibus Italiae ad hunc annum adnotat cum Idatio, Cynegium Theodosii collegam mortuum esse in consulatu mense tertio; sed quisnam ei suffectus fuerit, non dicit: nunc vero cognoscimus suffectum Cynegio fuisse Merobaudem. Item in inscriptione occurrit vocabulum *innoca* lexicographis fortasse adnotandum, nisi forte malent iudicare mendum fabrile pro *innocua*.

VI. Puer Axungius sexennis orans manibus passis, et tamquam ad Dei conspectum admissus admirans. Superne Christi monogramma, inferne columba cum ramusculo, quae avis innocentiae aeternaeque pacis index videtur.

INSCRIPTIONUM CHRISTIANARUM

PARS I.

CAPUT I.

VOTA, PRECATIONES, DIVORUM ELOGIA, NOMINA IN LIPSANOTHECIS, FASTUS, CYCLI.

1

Romae in basi statuae Constantini magni, quam ipse longam hastam in modum crucis manu dextra sustinentem, in celeberrimo urbis loco collocari iussit. Euseb. vit. Const. I. 40.

[Imp. Caes. FL. Constantinus maximus
triumphator P. F. aug.]
hoc salutari signo
quod verum fortitudinis argumentum est
urbem vestram tyrannico iugo
liberatam servavi
S. P. Q. R. in libertatem asserto
pristinum decus nobilitatis splendoremque restitui (1).

(1) Hanc inscriptionem posuerat quintam in collectione sua ms. Marinius; ego vero feci primam; tum quia quae Marinio prima est (nunc p. 3. 1.) ne christiana quidem fortasse est, ut postea dicetur; tum quia romanae urbi magis honorificum et gratum fore mihi videbatur si hac insigni Constantini magni epigraphe volumen exordirer. Ceteroquin in lapidibus haud extat nunc haec inscriptio; verumtamen Eusebius vit. Const. l. 40, ex eoque chronicon alex. olymp. 273. testantur latina lingua iussu Constantini positam fuisse; ipse vero Eusebius graece recitat sic: *τούτῳ τῷ σωτηριώδει σημείῳ, τῷ ἀληθεῖ ἐλέγχῳ τῆς ἀνδρείας, τὴν πόλιν ὑμῶν ζυγοῦ τυραννικοῦ διασωθεῖσαν ἠλευθέρωσα· ἔτι μὴν καὶ τὴν σύγκλητον καὶ τὸν δῆμον Ῥωμαίων τῇ ἀρχαίᾳ ἐπιφανείᾳ καὶ λαμπρότητι ἐλευθερώσας ἀποκατέστησα.* Variat chronicon alex. *ἀπὸ ζυγοῦ δουλείας τοῦ τυράννου Μαξεντίου.* Ergo latina verba huius inscriptionis recentiorum hominum sunt, eaque sane variant v. gr. apud Baronium ad an. CCCXII, et apud Eusebii chronicique alex. interpretes. Marinius sequutus erat valesianam Eusebii interpretationem, ita tamen ut titulum *imp. caes.* etc., qui deest in graeco textu, suppleverit ex Panvinio de VII. urbis eccl. p. 203, recteque transtulerit ad initium inscriptionis verba quae Panvinius in calce collocaverat. Ego titulo addidi *triumphator*, admonente chronico alex., in quo legitur *νικητής*. Verba etiam aliquot in aliorum latina interpretatione immutavi, ut graeco exemplari premius insisterem. Porro Nazarius in paneg. cap. XXXI. de Constantini adversus Maxentium triumpho loquens, videtur prae oculis habu-

1

Romae olim in basilica vaticana in cruce aurea, quam magnus Constantinus imposuit tumulo s. Petri, litteris nigellis. Anastas. cap. XXXIV.

Constantinus· aug· et Helena· aug·
Hanc· domum· regalem·
simili· fulgore· coruscans·
aula· circumdat (1)·

2

Schema crucis argenteae inauratae et gemmis distinctae, cum insigni particula crucis ipsius dominicae, ex Iustini iunioris imp. et Sophiae coniugis dono Romam missae. Extat adhuc in basilica vaticana.

Ligno quo Christus humanum subdidit hostem
dat Romae Iustinus opem et Socia decorem (2).

3

Ravennae in tecto veteris baptisterii crux marmorea.

✝ De donis Dei et sce Marie
Felex et Stefanus optulerunt
temporibus DN Theodoro
apostolicum (3).

isse nostram inscriptionem. Sic enim loquitur: *non agebantur quidem ante currum vincti duces, sed incedebat tandem solata nobilitas: non coniecti in carcerem barbari, sed educti e carcere consulares: non captivi alienigenae etc. sed Roma iam libera* etc. Item auctor anonymus panegyrici in eundem Constantinum cap. XX. de Constantino post victoriam ingresso urbem ait: *quid ego de tuis in curia sententiis atque actis loquar, quibus senatui auctoritatem pristinam reddidisti?* Sic loquitur etiam Eusebius lib. cit. cap. XLI. — A. Maius.

(1) Anastas. in vit. s. Silvestri tom. I. p. 92. ed. Vign. — In aliis codd. est *cum Helena* et *regali fulgore coruscantem*; item *regali aulae simili fulgore coruscantem circumdat*; item *regali simili fulgore*. Panvinius de VII. urb. eccl. p. 40. habet *regali coruscantem auro circundant*. Vegius de reb. antiq. basil. vat. lib. II. 3. in cruce tantummodo scriptum ait: *Constantinus aug. et Helena aug.* (et sic Mallius apud Bolland. iun. tom. VII. p. 38. Vide etiam Torrig. p. 49; Blanchin. Anastas. tom. I. p. 42. Ciampin. de sacr. aedif. p. 42.) ita ut alia verba in alia fortasse (immo credibiliter M.) basilicae parte scripta fuisse videantur. Ceteroquin inscriptio sic integra legitur etiam apud auctorem vitarum pontiff. editarum a Blanchinio in prol. ad Anast. tom. IV. p. V. Videsis demum quae aiunt Blanchinius aliique in adn. ad vit. s. Silvestri. — Caietanus Marinius.

(2) De hac cruce atque inscriptione, quoniam extat copiosus Stephani Borgiae commentarius, satis consultum studiosis videtur. Versus autem secundus felici sane coniectura corrigitur scribendo *sociatque*; sed quis erratum fabrile credat et *socia* pro *sociatque*, vivente tum, immo et donum coniunctim mittente, regina Iustini coniuge? — A. Maius.

(3) Beltramus *forastiere in Ravenna* p. 32. Iam Theodorus archiepiscopus obiit anno Christi DCLXXXIX. Spret. hist. Raven. T. II. part. I. p. 309. Mr.

1

Veronae in museo publico, olim prope S. Euphemiam in cippo.



Deo mag-
no aeterno
L. Statius Di-
odorus quot
se precibus
compotem
fecisset
V· S· L· M· (1)



2

Aquileiae repertus lapis anno 1731. in viridario sanctimonialium.

Deo
aeterno
pro salute
L. Comat.
Dionysi
Clodia
Chrisa
V· S· L· M· (2)

3

In templo grumentino provinciae Lucaniae.

D. O. M. imp. M. Flavio Valer. Consant. (4)

4

In cruce aenea, quae fuit olim in basilica Ostiensi, in ara principe.

CRUX (4)	Romanorum victoria· Romanorum arma. Romanorum salus. Romanorum fortitudo.	CHRISTUS	Imperat in saecula. Regnat in aeternum. Dei filius vincit· Iubar regni Romanorum.

Stephanus iunior papa fecit (5).

(1) Christianam esse hanc inscriptionem atque omnium christianarum antiquissimam contendit Maffeius M. V. p. 178. 1. et Var. ill. p. 163. Vide et Blanchinium hist. eccl. demonstr. tom. II. p. 197; Bertolium AA. Aquil. p. 329; Mamachium orig. tom. III. p. 17. aliosque. Muratorius AA. med. aev. T. V. p. 43. praedictis subscribit; sed idem contra num potius ethnica sit, subdubitat inscr. p. CVI. 6. Res sane videtur incerta; nam palma quidem cum corona in ethnicis inscriptionibus interdum occurrit v. gr. apud Boldettum coem. p. 218. et p. 444. et Murator. inscr. p. 1424. 1., item in vaticanis atrii iuliani, ubi semel etiam anchora est. Idem Boldettus p. 459. hanc ipsam inscriptionem inter ethnicas habet. Tum ipse Marinius in suis schedis duas profert a se exscriptas ethnicas inscriptiones cum corona palmaque; unam quidem in suburbano Capizuchiorum, alteram in cavaedio monast. S. Pauli. De palma diu Muratorius AA. med. aev. T. V. p. 33. sqq. multo plura rei exempla congerens; cuius sententiam non improbat Ben. XIV. de can. SS. lib. IV. cap. 27. fin. Formula *Deo aeterno* extat apud Gruterum p. IV. 5. in inscriptione sine dubio ethnica, quia sequitur *deabusque*. Tum et epitheton *magnus* datur diis gentilium v. gr. act. ap. *magna dea Diana*, et in lapidibus *magnus deus Iupiter*. Vide Brissonium form. p. 72. Haec partim e scholiis Marinii. — A. M.

(2) Bertolius AA. Aquil. 329. qui et christianam existimat. Muratorius p. CVI. 7. scribit *Comati* at *Chrysa*. Mr.

(3) Apud Ughellium ital. sacr. tom. VII. p. 493. Mr.

(4) Perperam deest vocab. *crux* in ms. Marini.

(5) Margarinius n. 487. ex Panvinio lib. cit. p. 77. qui refert ad Stephanum II; Murator. p. 1944. 5. cui missa fuit a Blanchinio. Severanus autem p. 391. ait adhuc extare, spectareque ad Stephanum III. In nummis antiquis regum Galliae legitur *XPC vincit. XPC regnat. XPC imperat*. V. Cangium voc. *moneta*. Stephanus II, qui et III, sedit ab an. 752. ad 757. Confer etiam Gretserum T. I. oper. p. 222. Mr. — Ego observo persimilem crucis laudem apud Eusebium vit. Const. I. 40. — A. M.

1

In cruce marmorea quae est in aede s. Iulianae castri Butrii in agro bononiensi.

In· n̄· dni· nri· IHV· XPI· tempore· dnn̄· Hludovvicus· et Hlotarius. eius· filio· an· imperii· eorum· XPO· iuvante· quarto· decimo et sexto. die octavo· me· novemb· per· ind· sexta· (1) Petrus· presbiter· fieri· roga·

2

Oveti in cruce aurea, quam rex Adefonsus dono dedit templo s. Iacobi.

Hoc signo vincitur inimicus; hoc signo tuetur
pius. Ob honorem sancti Iacobi apostoli
offerunt famuli Dei Adefonsus princeps
cum coniuge Scemena regina· Hoc opus
perfectum est in era DCCCC. (2) duodecima. (3)

3

Ibidem in cubiculo, quod sanctum dicitur, extat crux aurea ingentis magnitudinis, operis pulcherrimi, et pretii ex gemmarum multitudine immensi, cum hac a tergo litteris aureis prominentibus epigraphe.

Susceptum placide maneat hoc
in honore Dei quod offerunt
famulus Christi Adefonsus prin–
ceps et Scemena regina.
Quisquis auferre haec donaria
nostra praesumpserit, fulmine
divino intereat ipse.
Hoc signo tuetur pius. Hoc sig–
no vincitur inimicus. Hoc opus
perfectum est, concessum est
sancto Salvatori Ovetensis se–
dis; et operatum est in castel–
lo Gauzon anno regni nostri
XVII. discurrente era DCCCCXVI. (4)

(1) Id est an. DCCCLXXXVII, uti adnotat Muratorius inscr. p. 1924. 7. Vide eundem AA. m. aev. T. V. p. 554. — Mr.

(2) Perperam in ms. Marinii *DCCC.* — A. M.

(3) Morales chron. lib. XV. 5. — Mr.

(4) Morales in fine operum s. Eulogii cordub. p. 131, et chron. XIII. 38. XV. 9. Item Mariana hist. Hisp. VII. 16; denique Baronius T. XV. p. 335. Videsis etiam historiam Lucae Tudentiae, et Bosium cruc. triumph. p. 614. Mr. — Perperam ergo apud Marinium *DCCCXVI.* — A. M.

1

Ibidem in simili cruce angelorum nuncupata.

Susceptum placide maneat hoc in honore Dei;
Offert Adefonsus humilis servus Christi.
Quisquis auferre presumpserit michi,
Fulmine divino intereat ipse.
Hoc signo tuetur pius.
Hoc signo vincitur inimicus.
Nisi libens ubi voluntas dederit mea.
Hoc opus perfectum est in era DCCCCXVI (1).

2

Venetiis in s. Iacobi de Rialto in pariete exteriore maioris sacelli.

Sit crux vera salus
huic tua, Christe, loco (2).

3

In tabella ex ebore, in lipsanotheca canonicorum civitatis Foriiulii (pacem vocant.) Supra crucis latus transversum orbes duo visuntur: in utroque figura hominis cum face, solis nempe et lunae symbolo, uti adiecta ibi verba ostendunt.

IHS· Naza· rex Iude
Ursus dux fecit.

Heic Crucifixi imago.

M̄· en fil̄· tuus — Āp· ecce M̄· tua

heic virgo Maria. — *heic s. Ioh. ev.*

Ursus dux (3) fieri pcep.

(1) Ms. perperam Marinii *DCCCXXVI.* — A. M.

(2) Extat in tom. VII. p. 40. memor. Valvasensis. Legere item licet: *sit crux Christe loco huic tua vera salus.* Item: *vera salus sit crux huic tua Christe loco.* (Sub cruce legitur: *Hoc circa templum sit ius mercantibus aequum: Pondera nec vergant nec sit conventio prava.*) Huiusmodi lectiones multiplices in variis medii aevi monumentis fieri posse exploratum est. V. gr. apud Blancolinum eccl. Veron. T. III. p. 72. extat inscriptio quae quaquaversus lecta idem valet.

SATOR
AREPO
TENET
OPERA
ROTAS — Mr.

(3) De Rubeis monum. Aquil. p. 326. Muratorius p. 1961. 10. Bonarot. vitr. p. 267. — Mr.

1

Romae in s. Mariae in porticu, in lamina argentea sculpta est crux. In superiore perpendicularis hastae parte legitur.

De ligno
crucis
Dni. de
veste
sca Ma-
ria. (1)

2

In hasta recta est protome Virginis et nomen MATER; *in sinistro latere protome s. Iohannis et litterae* S. IOHS; *inferne* RELIQUIAE.

S. Petru (sic)
et s. Pau-
lus· sca Barba-
ra GG (2)
aurifes
serbus
De· ser-
bus Dei.

Pone supradictam laminam (inscr. 2.) crux alia insculpta visitur. Superne et inferne haec epigraphe.

GG· AVR· cu. Benedicta coniuge mea.

3

In s. Mariae ad Pulianum *dictae, intra aediculam s. Nicolai prope rudera herculanensia, in umbilico veteris sarcophagi, sequiore nevo usui sacro addicti, sustinendae scilicet anticae altaris parti.*

Crux adoranda per quem (sic) inluminatus
est totus mundus.
Ἐγὸ (sic) Ἰοάνης καὶ Μάρου ἰδηφικάβημους (3).

4

Bononiae in aedibus academicis parva tabella, bonis litteris.

✝ Christus ✝ rex
✝ venit ✝ in ✝ pace
✝ et ✝ Deus ✝ homo
✝ fatus (sic) ✝ est ✝ (4)

5

Nubilariae dioeces. pisaurensis in domo quondam Urbinatium ducis.

Christus rex gloriae
venit in pace; Deus
homo factus est; verbum
caro factum est·

6

Romae in museo collegii romani ex aere.

IHS XPS salbator mundi
primus et nobissimus
agnus Di qui tullit
peccata mundi
miserere nubis amen. (5)

(1) Vide Borgiam de cruc. velit. p. 204. Mr.

(2) Nempe *Gregorius*. De hac quoque inscriptione videsis Borgiam de cruce velit. p. 204. Mr.

(3) Rosin. dissert. isagog. I. tab. 1. Mr.

(4) Harduin. oper. select. p. 648; Biancolin. eccl. Ver. T. III. p. 199. Mr.

(5) Exscripsit Agincurtius. Mr.

1

Romae in museo vaticano.

✝ XPS· rex ✝
✝ venit· in· pace· ✝
✝ et· ✝ Deus homo· ✝
✝ factus· est ✝

2

In aede s. Georgii in Velabro muro affixa, intrantibus parte laeva.

✝ ·XHS· rex· ✝
✝ venit· in· pace· ✝
✝ et· Deus· homo· ✝
✝ factus· est· ✝

3

Urbini in palatio ducali in pariete post theatrum.

✝ Iesus ✝
XPS rex glorie venit in pace
et Deus homo factus est
et verbum caro factum est.

4

Polae in monasterio s. Theodori.

Dictione· g- (sic)
nitoris mei
Iohannis ego
Sergius cu
coniuge me-
a Antonina
vel Passi-
vo filio ha-
nc crucem
optulimus
beate Ma-
rie semp· (1)
. . . .

5

Constantinopoli in columna historicis caelaturis ornata.

IC ✝ XC
NI ✝ KA (2)

6

Treviris in cruce marmorea.

Ob (3) memoriam signorum crucis quae celitus super homines venerant anno dominicae incarnationis DCCCCLVIII· A· vero episcopatus sui secundo Henricus archiepiscopus trevirensis me erexit. (4)

(1) Carlius AA. Ital. T. III. p. LVIII. LXII.

(2) Cangius Cpol. chr. p. 79. Bandur. AA. Cpol. p. 381. ed. Ven. Vide Pocock. inscr. p. 66. n. 1. Mr.

(3) Bollandiani infra citandi habent *in pro ob*. — A. M.

(4) Brower. annal. Trevir. T. I. p. 462. ad an. CMLVIII. Bolland. sept. T. III. p. 145. Mr. — Crucis prodigium caelitus apparentis renovatum nuper novimus apud Gallos in pictaviensi dioecesi die XVII. decembris an. MDCCCXXVI. Res est celeberrima, eiusque narratio typis non semel commissa fuit, Romae etiam apud Poggiolium an. MDCCCXXVII. Iam ut de trevirensi prodigio docte pieque Stiltingus disseruit, sic nostri homines de pictaviensi; ne physicis nimirum causis res, quae praeter naturam visa est, imputetur. — A. Maius.

1

Sine loci nomine.

Filius ecce Dei conculcat colla leonis,
Quem metuunt regulus aspis et ipse draco.
Huic famuletur homo; famuletur et angelus omnis;
Hic Deus est verus; huic famuletur homo.
Omnia quique regit solus, qui cuncta gubernat;
Nostra salus hic est, omnia quique regit. (1)

2

Constantinopoli in basi columnae, quae visitur in horto domus privatae.

IC XC NI KA

In alio basis eiusdem latere.

Fortunae reduci
ob devictos Gothos. (2)

3

Ravennae in s. Mariae maioris.

Salvo DN· Papa N· Petro
Laurentius· V· R· (3) subdiac·
S· R· E· praepositus
fabricae huius votum solvit. (4)

4

Modoëtiae in cruce aurea, in qua Christus tunicatus. In titulo hinc inde Virgo mater et s. Iohannes, cum epigraphe.

ICX

ΙΔΕΟΥϹϹΟΥ ΙΔΟΥΗΜ͞ΡϹΟΥ (5)

5

Simile prorsus encolpium ex aere servatur Romae in coenobio alexiano in Aventino.

ΦϹ

ΙΔΕΟΥϹ ΙΔΟΥΗΜ
ϹΟΥ ΗΡ ϹΟΥ (6)

6

Mediolani in cruce aenea reperta cum corpore s. Celsi.

ΦϹ

ΙΔΕΟΥϹ *Christus cruci suffixus* ΙΔΟΥΜΙ
ϹΟΥ ΤΙΡϹΟΥ (7)

7

In brevi cruce aenea reperta Cremae.

ΙϹ ΧϹ Η ΠΑΝΑ-
ΝΙ ΚΑ ΓΙΑ ΘΕ-
ΤΟΚϹ (8)

Imago I. Ch. tunicata *Imago B. Virginis*

(1) Gruterus 1168. 7. ex codice palatino. Item Fleetwood p. 526. 3. Mr. — Contuli ego codicem ipsum palatinum p. 48, ubi est *metuam* pro *metuunt*. — A. M.

(2) In append. ad Gudii praefat. n. 10; e schedis Vander Hostii qui mercaturam Smyrnae faciebat, quasque ad Hesselium misit Bucherius. Mr.

(3) Nempe *vir religiosus*. Et infra *sanctae ravennatensis ecclesiae*. — Mr.

(4) Muratorius 1924. 1. ex Hier. Rubeo p. 177. Spectat autem ad Petrum seniorem, qui ordinatus fuit episcopus an. DLXVIII. — Mr.

(5) Frisius dissert. II. memor. eccl. Modoët. p. 52. — Mr.

(6) Apud Borgiam de cruc. Velit. p. 132. Mr.

(7) Bugatus memor. S. Celsi p. 174. tab. II; Borgia de cruc. vat. p. 45. — Mr.

(8) Fea miscell. p. 282, cum Allatii epistula rem declarante. — Mr.

1
In templo s. Iuliani monasterii brivatensis in cruce laminis aureis gemmisque ornata · priscis litteris.

In Christi nomine et in honore sancti Iuliani martyris hanc crucem Bernardus comes et Lintgardis coniux fieri iusserunt (1).

2
In s. Michaëlis de Muriano hierothecium ex argento inaurato.

Ὁ ἅγιος Κωνσταντῖνος
Ἡ ἁγία Ἑλένη. (2)

3
Ianuae in cathedrali templo crux argentea.

Τοῦτο τὸ θεῖον ὅπλον Βάρδας μὲν ἐτεκτήνατο,
Ἐφέσου δὲ ἀρχιθύτης Ἰσαὰκ παλαιωθεῖσαν ἀνεκαίνισεν.
Ὁ ἅγιος Ἰω. ὁ θεολόγος.
Ὁ ἅγιος Μιχαήλ.
Ὁ ἅγιος Γαβριήλ.
Μήτηρ θεοῦ. (3)

4
In coenobio s. Vincentii ad nemus dioeces. carnotensis extat crux, quam sustinent bini angeli ex argento, in quorum alis expressae visuntur icones Constantini magni eiusque matris Helenae cum lemmatibus.

O KOCTANTHNOC (sic) H AΓIA EΛENH
Item haec verba
IΔOTOCOT IΔOT HMPCOT (4)

5
Crux verulana pectoralis.

In titulo.
ICIXC (NIKA)
Infra
MP ΘΥ HOANA
In partis aversae brachiis.
LEO PORPHYRIUS
Reliqua scriptura constat siglis incertioribus (5).

(1) Mabillonius annal. T. III. p. 264; Sammartan. G. ch. T. II. p. 471; et Balutius hist. dom. Alvern. T. I. p. 5, quam legesis. — Mr. Est saeculi IX. — A. M.

(2) Apud Calogera T. XXXIX. p. 109.

(3) Ita lego schema quod ab Oderico genuensi se accepisse ait Marinius; qui etiam cogitat de Barda caesare Nicephori Phocae parente, quem hanc dignitatem obtinuisse dicit circa an. CMLXVI. Sed enim haud video quin pari iure cogitare possimus de Barda caesare aetate Photii; immo vero de Barda quovis non caesare sed privato incertae aetatis homine et artifice. — A. M.

(4) Cangius Cpol. ch. lib. IV. p. 112. — Mr.

(5) Borgia de cruc. vat. p. 45. — Mr.

1

Panormi in museo monasterii s. Martini crux argentea Syracusis reperta.

Christus cruci affixus. Infra brachia

IC XC

In parte aversa stat mulier stolata capite velata et expansis manibus cum epigraphe.

ΘΚ

Ε

ΒΟ

AN NAC. (1)

2

In coenobio monachorum Fontis Avellanae in eugubina dioecesi servatur capsula argentea inaurata, in cuius operculo opere anaglypho visitur Iesus Christus cruci suffixus cum duobus angelis, Deipara, et Praecursore; tum epigraphe Η ϹΤΑΥΡΩϹΙϹ, *et in titulo crucis* IC XC. *In aversa parte crux gemmata, supra quam maioribus litteris* IC XC *Intus autem tabella pariter ex argento inaurato in sex loculamenta dispertita cum suis osticlis, in quibus eodem opere sancti viri eorumque nomina hoc ordine conspiciuntur.*

Ὁ ἅγιος Θεόδορος (sic) ὁ στρατηλάτης.
Ὁ ἅγιος Κοσμᾶς.
Ὁ ἅγιος Γεόργιος.
Ὁ ἅγιος Βάβηλας.
Ὁ ἅγιος Μηνᾶς.
Ὁ ἅγιος Γρηγόριος τῆς μηγάλυς (sic) Ἀρμενήας (sic). (2)

3

Crux aenea in templo monasterii rosarnensis ord. s. Basilii in Calabria.

Σοὶ τῇ πανάγνῳ μητρὶ τοῦ Θεοῦ λόγου
προσῆξε Κωνσταντῖνος εἰς παθῶν λύσιν. (3)

4

Mediolani in museo trivultio in cruce aenea.

Εἰς τοὺς ἔωνας (sic) νικᾷ.
Κύριε βοήθει εὐγαμίαν.

(1) Videlicet Θεοτόκε βοήθει Ἀναστασίῳ. Borgia de cruc. velit. p. 155. — Mr.

(2) Crux similis apud Venutum dissert. de cruce cortonensi. — Mr. Ceteroquin qua notitia fretus Marinius hasce omnes cruces intra aevum milliarium concludat, non satis video. — A. M.

(3) Placentinius de palaeogr. gr. p. 30. — Mr.

1

Traiecti ad Mosam in templo virginis Mariae, in cruce ex auro gemmisque eleganter artificioseque confecta.

Pars antica crucis.

Margo aureus variis floribus constratus.

A

IC XC *Imago* *B. I.* B *S. Ch.* | Ὡραῖον εἰς ὅρασιν ὀφθὲν τὸ ξύλον | MP OΥ *Imago* *B.* C *V.*
γεύσει με νεκροῖ τὸν Θεοῦ κατ᾽ εἰκόνα.
ὡραῖος ὢν κάλλει δὲ θείας οὐσίας
ζωοῖ με Χριστὸς σαρκικὸς θανὼν ξύλῳ·
οὗ τήνδε θήκην Ῥωμανὸς γῆς δεσπότης
M X *Imago* *s. Mich.* D *arch.* | ὡραιότησιν ἀρετῶν ἐστεμμένος | Γ B *Imago* *arch.* E *Gabriclis.*
χάρισιν ὡραίωσε τιμίων λίθων
ἡττῶν δι᾽ αὐτὸν δαίμονας καὶ βαρβάρους.
Ὁ ἅγιος *Imago s.* F *Demetrii.* Δημήτριος. (1)

Pars postica crucis habet in margine litteras I. L.
In corpore N. B. A. C. O. D. M. F. H. T. P. Q. E. G. R. S.

2

In cruce aurea, quam rex Persarum Chosroës misit ad Gregorium episcopum antiochenum dicandam honori s. martyris Georgii. Evagr. hist. eccl. VI. 21. (2)

Τοῦτον τὸν σταυρὸν ἐγὼ Χοσρόης βασιλεὺς βασιλέων υἱὸς Ὁρμίσδου, ὅτε ἐκ διαβολικῆς ἐνεργείας καὶ κακουργίας τοῦ δυστυχεστάτου Βαράμου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ καβαλλαρίων, εἰς Ῥωμανίαν ἀπήλθομεν, καὶ διὰ τὸ ἔρχεσθαι τὸν δυστυχῆ Ζαδεσπρὰμ μετὰ στρατοῦ εἰς τὴν Νίσιβιν ἐπὶ τὸ ὑποσύραι τοὺς καβαλλαρίους τοῦ μέρους τοῦ Νισίβι εἰς τὸ ἀντάρα καὶ ταραράξαι, ἐπέμψαμεν καὶ ἡμεῖς καβαλλαρίους μετὰ ἄρχοντος εἰς τὸ Χαρχὰς, καὶ διὰ τῆς τύχης τοῦ ἁγίου Σεργίου τοῦ πανσέπτου καὶ ὀνομαστοῦ, ἐπειδὴ ἠκούσαμεν δοτῆρα εἶναι αὐτὸν τῶν αἰτήσεων, ἐν τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς βασιλείας ἡμῶν. μηνὶ ἰανουαρίῳ ἑβδόμῃ ᾐτησάμεθα ὡς ἐὰν οἱ καβαλλάριοι σφάξωσι τὸν Ζαδεσπρὰμ ἢ χειρώσωνται, σταυρὸν χρυσοῦν διάλιθον εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ πέμπομεν διὰ τὸ πάνσεπτον αὐτοῦ ὄνομα· καὶ τῇ ἐννάτῃ τοῦ φευρουαρίου μηνὸς τὴν κεφαλὴν τοῦ Ζαδεσπρὰμ ἤνεγκαν ἐπὶ ἡμῶν· ἐπιτυχόντες οὖν τῆς δεήσεως ἡμῶν, διὰ

(1) Gruterus p. 1048. 2. ex Apiano p. 509, qui ait: *hanc picturam cum hac inscriptione Witeboldus secum Venetiis attulit.* Apud Gruterum legitur etiam interpretatio latina. Extat eadem ligno cusa notisque declarata apud Gretserum de cruc. T. III. p. 350. Est saeculi X. sub Romano imp. — Mr.

(2) Lege etiam Baronium T. X. p. 539.

τὸ ἕκαστον ἀναμφίβολον εἶναι. εἰς τὸ πάνσεπτον αὐτοῦ ὄνομα τοῦτον τὸν σταυρὸν τὸν παρ' ἡμῶν γενόμενον μετὰ τοῦ πεμφθέντος σταυροῦ παρὰ Ἰουστινιανοῦ βασιλέως Ῥωμαίων εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, καὶ τῷ καιρῷ τῆς ἀμιξίας τῶν δύο πολιτειῶν ἐνεχθέντος ἐνταῦθα παρὰ Χοσρόου βασιλέως βασιλέων υἱοῦ Καβάδου τοῦ ἡμετέρου πατρὸς, καὶ εὑρεθέντος ἐν τοῖς ἡμετέροις θησαυροῖς ἐπέμψαμεν ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ ἁγίου πανσέπτου Σεργίου.

1

Item in disco ex auro, quem idem rex Chosroës paulo post dono misit eidem martyri, haec inscripsit. Evagr. ibid.

Ἐγὼ Χοσρόης βασιλεὺς βασιλέων υἱὸς Ὁρμίσδου τὰ ἐν τῷδε τῷ δίσκῳ γεγραμμένα οὐκ εἰς θέαν ἀνθρώπων, οὐδὲ ἵνα ἐκ τῶν λόγων μου τὸ μέγεθος τοῦ πανσέπτου ὀνόματος γνωσθῇ, ἀλλὰ διὰ τὴν ἀλήθειαν τῶν γεγραμμένων ἢ διὰ τὰς πολλὰς χάριτας καὶ εὐεργεσίας ἃς ἔσχον παρά σου· εὐτυχία γάρ μοι ἐστὶν ἵνα τὸ ἐμὸν ὄνομα ἐμφέρηται τοῖς ἱεροῖς σου σκεύεσιν· ἐν τῷ εἶναι με ἐν τῷ Βεραμαῖς ᾐτησάμην παρά σου ἅγιε ἐλθεῖν εἰς τὴν βοήθειάν μου, καὶ ἐν γαστρὶ συλλαβεῖν Σιρήν· καὶ ἐπειδὴ ἡ Σιρὴ χριστιανή ἐστιν, κἀγὼ ἕλλην, ὁ ἡμέτερος νόμος ἄδειαν ἡμῖν οὐ παρέχει χριστιανὴν ἔχειν γαμετήν· διὰ οὖν τὴν ἐμὴν πρός σε εὐγνωμοσύνην εἰς ταύτην τὸν νόμον παρεῖδον, καὶ ταύτην ἐν γυναιξὶν ἡμέραν ἐξ ἡμέρας ἐν γνησιότητι ἔσχον καὶ ἔχω· καὶ οὕτως συνεῖδον νῦν δεηθῆναι τῆς σῆς ἀγαθότητος, ἅγιε, ἐν γαστρὶ συλλαβεῖν αὐτήν· καὶ ᾐτησάμην καὶ συνεταξάμην ἵνα ἐὰν ἐν γαστρὶ συλλαβῇ Σιρὴ, τὸν σταυρὸν τὸν φορούμενον παρ' αὐτῆς πέμψω τῷ πανσέπτῳ σου οἴκῳ· καὶ τούτου ἕνεκα κἀγὼ καὶ Σιρὴ τὸν σκοπὸν τοῦτον ἔχομεν ἵνα εἰς μνημόσυνον τοῦ ὀνόματός σου, ἅγιε, τοῦτον τὸν σταυρὸν κρατῶμεν· καὶ συνείδωμεν ἀντ' αὐτοῦ τὴν τιμὴν αὐτοῦ μὴ συντείνουσαν περαιτέρω τῶν τετρακισχιλίων τετρακοσίων στατήρων μιλιαρησίων, πεντακισχιλίους στατῆρας ἐκπέμψαι · καὶ ἐξ οὗ τὴν τοιαύτην ἑαυτῷ ἔσχον αἴτησιν, καὶ ταῦτα διελογισάμην ἕως οὗ ἐφθάσαμεν τὸ Ῥοσονχόσρον, δέκα ἡμέραι πλέον οὐ διῆλθον· καὶ σὺ, ἅγιε, οὐ διὰ τὸ εἶναι με ἄξιον, ἀλλὰ διὰ τὴν σὴν ἀγαθότητα ἐφάνης μοι ἐν ὁράματι τῆς νυκτὸς, καὶ τρίτον εἶπας μοι ὅτι Σιρὴ ἐν γαστρὶ ἔχει· κἀγὼ ἐν αὐτῷ τῷ ὁράματι τρίτον ἀνταπεκρίθην σοι λέγων. καλῶς· καὶ διὰ τὸ εἶναι σε δοτῆρα τῶν αἰτήσεων, ἐκ τῆς ἡμέρας ἐκείνης ἡ Σιρὴ τὸ εἰθισμένον ταῖς γυναιξὶν οὐκ εἶδεν· ἐγὼ δὲ διστάσας εἰς τοῦτο, εἰ μὴ τοῖς λόγοις σου ἀπίστευσα, καὶ ὅτι ἅγιος εἶ καὶ δοτὴρ τῶν αἰτήσεων, μετὰ ταῦτα τὰ γυναικεῖα μὴ ὑπομεῖναι ἐκ τούτου ἔγνων τὴν δύναμιν τοῦ ὁράματος, καὶ τὴν τῶν παρά σου ῥηθέντων ἀλήθειαν· παρ' αὐτὰ οὖν ἔπεμψα τὸν αὐτὸν σταυρὸν, καὶ τὴν τούτου τιμὴν ἐν τῷ πανσέπτῳ σου οἴκῳ, κελεύσας ἐκ τῆς τούτου τιμῆς

δίσκον ἕνα καὶ ποτήριον ἓν γενέσθαι, εἰς λόγον τῶν θείων μυστηρίων· ἀλλὰ μὴν καὶ σταυρὸν γενέσθαι· καὶ πηχθῆναι ὀφείλοντα ἐπὶ τῆς τιμίας τραπέζης, καὶ θυμιατήριον, τὰ πάντα χρυσά· καὶ ἀμφίθυρον οὔννικον κεκοσμημένον χρυσίῳ· καὶ τὰ ἀπομένοντα τῆς τιμῆς μιλιαρήσια εἶναι τοῦ ἁγίου σου οἴκου, ἵνα διὰ τῆς τύχης σου, ἅγιε, εἰς πάντα, ἐξαιρέτως δὲ εἰς τὴν αἴτησιν ταύτην, ἔλθῃς εἰς τὴν βοηθειάν μου καὶ Σιρῆς· καὶ ὃ διὰ τῆς σῆς πρεσβείας γέγονεν ἡμῖν, τῷ ἐλέει τῆς σῆς ἀγαθότητος καὶ τῷ θελήματί μου καὶ Σιρῆς εἰς τέλειον προέλθῃ· ἵνα κἀγὼ καὶ Σιρὴ καὶ πάντες οἱ ἐν τῷ κόσμῳ εἰς τὴν σὴν δύναμιν ἐλπίζωμεν καὶ εἰς σε ἔτι πιστεύωμεν.

1

Nicaeae ad moenia urbis occidentem versus.

Ἔνθα θεικῇ βοηθείᾳ τὸ τῶν ἐχθρῶν καταισχύνθη θράσος, ἐκεῖ οἱ φιλόχριστοι ἡμῶν βασιλεῖς Λέων καὶ Κωνσταντῖνος ἀνεκαίνησαν πόθῳ τὴν πόλιν Νηκαίαν ἀνεπράνταις διὰ τῆς τοῦ ἔργου ἐπιλείζεως νηκητικὸν ἀναστήσανταις ιμεριον κεντιναρχοων (1) καὶ μόχθῳ ἐγνηρο . . . .
σιναρτανασλοσπανιυφχιαρκαν οροπαλα . . .

2

In ecclesia Cryptae ferratae tusculanae dioeceseos.

Salbo· Lotunato· epis· semper. crescant a divina ✝ ipsius· temporib· adhuc maiora videvis.

Α ☧ Ω

Hic· pro· voto· Sarabo· presb. fecit. (2)

3

*

Theodosius pater, Eudocia cum coniuge, votum
cumque suo supplex Eudoxia nomine solvit. (3)

(1) E busbequianis corruptissimis Gruterus p. 1160. 17. Corsinius not. gr. ed. Flor. p. 73. ait: *Scaliger corrigendum observavit νικητικὸν ἀναστήσαντες σημεῖον κεντεναρίων χιλίων, quemadmodum. Casaubonus centenariorum nomen ac valorem ex monumentis aliis compertum esse animadvertit.* — Mr.

(2) Donius XX. 69. e schedis Nic. Alemanni. Item Muratorius 1904. 5. ex Donio. Et sic ego vidi in schedis Bart. — Mr.

(3) Gruterus 1174. 6. ex codice palatino; — Mr. In cod. pal. p. 71. reapse primo loco est *Eudocia*, secundo *Eudoxia*. — Fleetw. p. 496. adnotat: *Theodosius iun. cum Eudocia Leontii phil. filia coniuge votum solvit. Ille obiit an. 450, haec an. 458. Eudoxia Arcadii aug. uxor obiit an. 404. Nescio quaenam haec sit.* — A. M.

1

A Spoletio prope diversorium le Vene, *extat vetustissimnm Christianorum sacellum, quod immerito Clitumni olim fanum fuisse creditur, cuius in fronte satis bonis et magnis litteris inscriptum est.*

Heic crux cum racemis.

✝ Scs Deus· angelorum· qui· fecit· resurectionem. ✝ (sic)

In dextero latere.

✝ Scs Deus· apostolorum· qui· fecit· remissionem.

In sinistro latere.

✝ Scs Deus· prophetarum· qui· fecit· redemptionem. (1)

2

Romae in bibliotheca vaticana lapis utrimque litteratus, effossus anno MDCCXLIX. in area prope thermas Diocletiani.

In parte antica.

Sanctis· marturibus
Papro· et· Mauroleoni·
domnis· votum· redd· ☧
Camasius qui· et Asclepius· et Victoria.
nat· ii· Iix· kal· octob·
pueri· qui vot. ii· Vitalis· Maranus·
Abundantius· Telesfor···

In parte postica.

Domuis· sanctis
Papro· et· Mauroleoni
☧ marturibus ☧

Camasius qui et Asclepius et Victorina vot· redd.
natal· hab· D· xiii· kal· octob·
···rane· Vitalis
···ti· Teles [pos·] (2)·

(1) Fabrettus p. 738. n. 490. Item Venutus de templo Clitumni p. 60. Marinius innuit se legisse unicam r in voc. *resurrectionem*. Atqui Venutus a me inspectus variat, *profetarum* proph; *salvationem* pro *redemptionem*; vicissimque *redemptionem* pro *remissionem*. Cui credas? — A. M.

(2) Legesis Garampium de B. Clara p. 74; Mamachium AA. ch. II. p. T. 466. 467; ne alios nominem. Zacharias hist. lit. T. II. p. 533. laetandum ait, quod tam vetere aetate iam *domini* vocentur martyres, iisque vota reddantur. Mendosa vero exhibetur inscriptio a P. Merenda, Romae licet degente, oper. s. Damas. p. 231. — Mr. Extat adhuc lapis in bibliotheca vat. — A. M.

1

*

Balbilla votum debitum reddo tibi. (1)

2

*

Asterius comis pictorum et Syra cum suis votum solvere. (2)

3

Romae in sancti Michaëlis regionis leoninae.

D
D S
I B
C O
H E
V E
M E
D R
E O
O D
B N
A V
S M
I
L
I
V
S (3)

4

In sancti Laurentii prope Chesium, agri brixiani.

Thomas tribunus
pro voto dedit. (4)

5

E coemeterio Cyriacae cum vase sanguineo.

Petrus et Pancara botu po-
suent marture Felicitati. (5)

6

In urna reperta sub ara maxima basilicae Liberianae referta frustulis tophaceis, gypseis, marmoreisque ex bethlemetico specu adlatis.

✝ Suscipe, intemerata Virgo, preces famuli tui Pascalis papae.

✝ Tuere Christe famulum tuum Pascalem papam.

✝ Intende voci orationis meae rex meus et Deus meus Pascalis papae.

✝ Exaudi Domine vocem servi tui Pascalis papae. (6)

(1) Gruter. 1171. 11. ex cod. palat. (p. 60.) Fleetwood p. 367. — Mr.

(2) Grut. p. 1171. 13. ex cod. (pal. p. 60) et Fleetw. p. 363. — Mr. — Fleetwoodus legendum monet *comes*, et fortasse etiam *pistorum*; quod postremum vix probo. — A. M.

(3) Explicandum videtur: *dedicavit hoc donum Deo Basilius.* — Mr.

(4) Muratorius p. 1949. 4. ex Vinaccesio.

(5) Boldettus p. 431; Muratorius 1925. 2; Blanchin. hist. eccl. T. I. saec. II. n. 54. part. III. p. 489. Victorius dissert. philol. p. 74.

(6) Zacharias hist. litt. T. II. p. 534. Confer Anastas. in Paschal. n. 30.

I

Romae in ss. Cosmae et Damiani ingens tabula parieti adfixa.

✝ Constat nimirum dilectissimi frs de promissio (sic) que ex corde fecimus coram Do et scis eius ut unusqsq. nostrorum frs sacerdotes et epos et posteris nris sacerdotes im (sic) perpetuu qualiscumq· ex· hac luce migraverit· XL· missas pro eius anima per unumquemq· sacerdotum qui superstites st canere promittimus. Si tam infirmitas fuerit occupatus, non reputet ei in peccatu·Et si receptus fuerit pristin. sanitate, haec omnia quod supradictum est adimpleat· Qui vero custus (sic) et observator fuerit, habeat benedictionem Dei patris omnipotentis et fili et sps sci· et celestem (sic) regnum possideat cum omibus scis· Et qui hoc non observaverit, sit anathematis vinculo innodatus et a regno Dei separatus. Ista vero promissio facta fuit ante sacru scm dominicum altare huius aulae· temp· dom· Iohi· XIIII· PP. mense feb· die· XXII· indic· XII· anno domc· incarnationis. DCCCCLXXXIIII· ✠

Bened. sacr· exarav· ort· pro· me· peccat· (1)

(1) Baronius T. XVI. p. 272; Terrigius p. 457, apud quem legitur postremus quoque versus qui *nunc* in lapide desideratur, quia pars illa, ut reor, saxi praecisa fuit. Vide etiam B. Thomasium T. VII. p. 29. Iam in historia ecclesiae ss. Cosm. et Dam. p. 57. dicitur Iohannes XIV. creatus papa die XVI. iulii an. CMLXXXIV, ita ut sit mendum in lapide mensis februarius. (Hinc Baronius legendum existimat 985 pro 984. — A. M.) Plurimi facit hanc inscriptionem Mabillonius in annal. benedict. Supra lapidem veterem posita fuit novella inscriptio haec. *Urbanus VIII. P. M. monumentum hoc, quo priscorum patrum erga fidelium defunctorum animas pietas declaratur, ad retinendam rei memoriam hic voluit collocari A. sal. MDCXXXII. pontif. X.* — Mr.

Legi ipse hanc inscriptionem die XXVIII. maii an. MDCCCXXVII, quae perbonis litteris est exarata. Porro quod attinet ad incruenta sacrificia pro defunctorum animabus celebranda, aliud insigne monumentum nuper ego protuli (ss. Nicetae et Paulini opuscul. ined. p. 57) ex chronico quodam aquileiensi, in quo Severus patriarcha saec. XI. testamento mandat, ut pro se missae singulis sabbatis celebrentur. Item in pervetere ms. necrologio fuldensi pactum quoddam extat saeculo IX. initum de expiandis incruento sacrificio tum sollemni tum etiam privato defunctorum animabus. Fuldense monumentum romanae inscriptioni apprime consonum heic collocare placet. *Anno dominicae incarnationis DCCCLXIII, mense martio, XXXI die eiusdem mensis, convenit atque complacuit inter illos quorum nomina inferius scripta sunt, ut unusquisque illorum singulis annis generaliter pro omnibus viris X. psalteria vel X. missas cantet vel perficiat. Si aliquis eorum languore correptus infirmetur, ceteri qui potentes sunt viribus, si in vicinitate positi, visitent eum et solacia praebeant. Atque si in tanta infirmitate teneatur, ut horas canonicas non possit persolvere, unusquisque valentium, ex quo hoc audierit, cotidie quamdiu in infirmitate teneatur, V. psalmos pro eo Domino reddere curet. Siquis*

1

In ss. Iohannis et Pauli bono litterarum genere, ferme ut in lapidibus apud ss. Cosmam et Dam. et s. Mariam in Cosmedin.

✝ Constat nimirum dilectissimi frs· de promissione quam ex corde fecimus coram Deo et SS· eius ut unusqsq· nrum frs sacerdotes et posteri nostri sacerdotes in perpetuum qualiscumq· ex hac luce migraverit XL· missas pro ei· anima per unumquemq· sacerdotum qui superstites st· canere promisimus. Si tn· infirmitate fuerit occupatus, non reputetur ei in petm· et si receptus fuerit in pristinam sanitatem, omne quod supradictum est adimpl at. Qui vero custos et observator fuerit, habeat benedictionem Dei pris omnipotentis et filii et sps sti et caeleste regnum possideat cum omnibus SS·Qui et hoc non observaverit. sit anathematis vinculo innodatus et a regno Dei separatus. (1)

2

Romae in vestibulo aedis s. Hadriani in foro, tabulae lapideae fragmenta duo posita olim in pavimento templi ante quam exaggeraretur.

✝ Constat nimirum dilectissi fres de promissio, que ex corde fecimus coram Deo et scis eius unusquisque nostrorum frts sacerdotes nostris et posteris sacerdotes in perpetuum qualiscumque ex hac luce migraverit XL· missa pro eius animam per unumquemque sacerdotes qui supersunt canere promittimus. Si tamen infirmitate fuerit occupatus, non reputetur in peccatum. Et si receptus fuerit in pristinam sanitatem, omnia quod supra dictum est adimpleat· Qui vero custus et observator fu-

eorum metam huius vitae reliquerit, unusquisque superstitum pro anima defuncti infra triginta diebus (sic) postquam audierit, tria psalteria et tres missas, vigilias quoque XII. totidemque vesperas cantet vel cantari faciat. Pro patre quidem et matre fratribus sororibusque psalmos L., vigiliam quoque vesperamque impendat. Pro ceteris vero defunctis eadem affinitate coniunctis, ordinem XXX. psalmorum persolvat. In circulo vero anni pro animabus defunctorum unusquisque XII. missas aut XII. psalteria cantet vel perficiat. Si duo continuatim, idest si unus in alterius XXX. diebus moriatur, decantetur eis simul quod supra constitutum est. Singulisque annis generaliter omnium defunctorum in IIII. feria quae constat ante palmas, habeant memoriam et celebrent ieiuniis, psalmodiis, missis, atque eleemosynis. Faldense hoc fragmentum ego fidelissime ex authentico monasterii codice antiquissimo exscripsi. At Leibnitius script. Brunsw. T. III. p. 759. valde infideliter mendoseque, nescio cuius socordia, edidit; nec nisi unum errorem in calce praefationis emendavit. — A. M.

(1) Rondininus de basilica urb. ss. Ioh. et Paul. p. 141. qui legit pesperam *permissione* (et alia plura arbitratu suo pervertit. — A. M.) Confer etiam Turrigium p 456. Ms. — Legi egomet eodem tempore quo praecedentem inscr. Notanda vero est in hoc lapide orthographia melior, quamquam litterae speciosiores in praecedente videntur. Apparet igitur hanc e superiore fuisse sumptam, emendatis barbarismis — A. M.

erit, habeat benedictionem Di patris omnipotentis et fili et spu
sci, et celeste regnu possideat cum omnibus sanctis. Et qui hoc
non observaverit, sit anathematizatus vinculo innodatus
et a regno Dei separatus. Ista vero repromissio facta fuit ant-
e sacru scm dominicu altare Baptiste Iois tepre B. Iohis vx. PP. M.
in die xxvii. ind. vii teporib. dom Leoni archipresbyteri. Benedictus.
Iohs. Benedictus. Sergius. Stefanus. Benedictus Petrus. Iohs.
Ego Bene. cu frb meis plum (1) et absol.

+

ROMAE. (2)

1

Romae in pavimento templi s. Mariae in Cosmedin intrantibus parte laeva.

Constat nimir. dicl. fr...
missi.. ex corde fecimus c..
scis eius ut unquisq. nostr...
sacerdotes et posteris nr...
cerdotes in perpetuu qualis... (3)

2

Crux in cavaedio palatii Capponiorum.

Τῆς εὐσεβείας ὁ προεκλάμπων τύπος
καὶ πίστεως τῆς ἐνθέου.

3

Romae apud card. de Zelada inscriptum columellae vitineae.

Α ☧ Ω Εὐχὴ Ἀλαφινοῦ καὶ Σευήρας.
Μάκαρις υἱὸς αὐτῶν ἐπλήρωσεν.

(1) Turrigius explicat *completum*. Sed melius Marinius *complevi et absolvi*.—A. M.

(2) Marinius in sua coll. ms. imperfectissimam lacunisque deformem exhibet hanc inscriptionem, uti etiam Donius XX. 78. Id cur ab eo fiat, non video; quoniam extat, Marinio non inscio, integra apud Turrigium p. 455, unde ego sumpsi. Ceteroquin ipsum lapidem, post instauratam nuper s. Hadriani ecclesiam, non inveni. Porro Turrigius qui integrum legebat lapidem s. Hadriani, nonnisi tenue fragmentum vidit alterius lapidis in ss. Ioh. et Paul.; quem egomet lapidem nunc apprime integrum legi. — A. M.

(3) Legi egomet lapidem die XI. iunii MDCCCXXVII. Apparet autem complures ecclesias urbanas, dum invicem imitantur, eiusdem voti exemplaria multiplicasse. — A. M.

1

In insula prope Basi *in saxo excavato, in quo sacra effigies picta.*

Ὑπὲρ εὐχῖς[sic] καὶ σοτερίας[sic] Γεοργίου ὑποδιακ. καὶ τῶν γονέων αὐτοῦ
πο . . λιας εκαπιέργισεν τὸν γιον δ . . τι κ . . κοπ̄ι. (1)

2

Emeritae in columna reperta anno MDCCLII.

Ὑπὲρ εὐχῆς καὶ σωσίατος
κυγκυβερνήσεως καὶ
πάντων τῶν συμπολιτῶν. (2)

3

Romae in museo vaticano cum rotunda ara.

Θεῷ ὑψίστῳ εὐχὴν ἀνέθηκεν
Κλαυδία πιστή. (3)

4

Neapoli ex coemeterio s. Ianuarii.

Ἐγὸ Ιοάνης καὶ Μάρου ἐδαφηκά,3ημους
ρ[α]ιτον...φκ. Σέργη φαβη.
Δὲ δονης Δὴη ἰΘ σάικτη Γεόργη
Βότουμ ὀπτούλλα κούη νόμεν Δέους σκίΘ. (4)

5

Cremonae.

Ἀπαρχάς· μου Θηλικὰς· ἀρσενικάς· τε· δύο· τόκων.
ζεῦγος· περιστερὸν[sic] ἠγίασα· τῷ· Θεῷ δεσπότῃ·
ἵνα· ἐμὲ· ἔτι· ἐπιβλέψῃ· εὔχομαι (5)

6

Ciprani in templo s. Mariae maioris.

Ic celum terris iunguntur et ima supernis·
Nexa relaxantur; ic et non nexa ligantur· (6)

(1) Chandlerus p. 18. n. 15. quem videsis. — Mr.

(2) Florez Hisp. sacr. T. XIII. p. 228. Explicandum autem videtur ὑπὲρ τύχης καὶ σωτηρίας συγκυβερνήσεως etc. — A. M.

(3) Extat in atrio iuliano inter graecas inscriptiones. Notemus autem epitheton πιστή ob indicandam christianam professionem. — A. M.

(4) E schedis Suaresii, qui anno MDCLIII. missam dicit Romam hanc inscriptionem a quodam carmelita religioso. — Mr.

(5) Blancus marm. cremon. p. 279. — Mr.

(6) Exscripsit Iuvenatius. — Mr.

1

Romae subiecti versus imagini s. Gregorii magni, quam ipse pingendam curavit.

Christe potens domine nostri largitur honoris
Indultum officium solita pietate guberna. (1)

Eius porro imago fuit cum nimbo quadrato pone caput in sacello s. Andreae ad clivum Scauri; item illa Gordiani et Silviae parentum cum epigraphe.

Gregorius Silviae matri fecit.

In codice aperto, quem sanctus vir habet prae manibus, legitur.

Vivit anima mea et laudabit te
et indicia tua adiuvabunt me.

2

Prope Berytum.

Τῷ κυρίῳ ἁγίῳ GVANOIC
εὐχαριστῶν ἀνέθηκεν. (2)

3

Shai-hee in Africa, non longe ab Cirta.

✝ Domine protege nomen ✝
gloriosum. (3)

4

Neapoli in s. Iohannis maioris.

Omnigenum rex aitor (4)
scs ✝ Ian·
Parthenopem tege fauste (5)

5

Romae in epistylio veteris ianuae in porticu ecclesiae s. Apollinaris prope circum agonalem.

Circa imaginem Salvatoris.

Ad me ponderibus pressi, recreabo, venite.
Sum requies tranquilla Deus, sum vita, salusq·

(1) Ioh. diac. vit. s. Gregor. lib. IV. 84; Aleman. pariet. lateran. p. 40; A. Rocca schol. in B. Gregorium M. Romae MDXCVII. p. 1. et 2; Baron. T. XI. p. 56; Mabillon. ss. Bened. T. I. p. 476 et 477; Bolland. propyl. p. 177. S. Damasus in carmine II. scribit *Christe potens rerum.* — Mr.

(2) Lamius notit. an. MDCCLXVIII. p. 608. — Mr.

(3) Shawius iter per provincias libyeas et orientales p. [illegible] — Mr. Fides heic et in nonnullis aliis sit apud Marinium. Neque enim omnes ab eo citati libri mihi ad manus sunt. — A. M.

(4) Lege *autor.* — A. M.

(5) Vide Neap. sacr. p. 54. — Mr.

Circa imaginem s. Petri apostoli.

Christi iam fidei docto satis Apollinari
Sume Ravennatum, Petrus inquit, pontificatum.

Circa imaginem s. Apollinaris.

Tu qui cum Petro Deus omnipotens operaris
Praeceptore meo, mecum nec non operare.

Sub ipso epistylio.

Currite christicolae, templum ingredite cuncti;
Sit pax intranti, redeunti gratia Sancti. (1)

1

Romae in basilica s. Mariae trans Tiberim.

. . . ncere (2) supplicib. properas qui sidera verbis
Infusasq. . . . . . . on teudis in astra praeces (sic) ✠
Hic pete quo Dominus praesentem commodat aurem ✠
Hac nullus hominum tristis ab arce redit ✠
Nullus (3) hoc fructus pereunt sub culmine voti
Iulius (sic) hic Christum q. cupis ille vocat (4) ✠
Hic duo pro populis dominum suffragia flectuut:
Cum pariter templum sancta Maria tenet ✠
Omnibus in templis quod iussit (5) gratia praestat.
Hic et peccantis inpetrat alma fides ✠
Hinc exanditus Crescentio (6) reddit honorem,
Qua instructis aditis vota secunda tulit. (7)

2

*

Virgo parens hac luce Deumque virumque creavit,
Gnara puerperii, nescia coniugii.
Obtulit haec iussis uterum, docuitque futuros
Sola capax XPI quod queat esse fides.

(1) Hugonius station. p. 285. Confer etiam Allegrantiam expl. monum. p. 31. Mr. — Equidem incassum quaesivi post renovatam s. Apollinaris ecclesiam has inscriptiones. — A. M.

(2) Corr. *tangere.* — A. M.

(3) Corr. *nullius* — A. M.

(4) Schedae Celsi Cittadinii *quae cupis interrogat.* — Mr.

(5) Schedae Cittad. *iustis.* — Mr.

(6) Sch. Cittad. *Crescenti.* — Mr.

(7) Extat inscriptio in codice Donii p. 586, ad quem pervenit e schedis vaticanis. Mr. — Equidem hanc epigraphem nequicquam in praedicta basilica vestigavi — A. M.

Credidit et tumuit, verbum pro semine sumpsit;
Saepserunt magnum parvula membra Deum.
Fit fabricator opus; servi rex induit artus;
Mortalemque domum vivificator habet.
Ipse sator semenque sui matrisque creator;
Filius ipse hominis qui pater est hominum.
Affulsit partus, lucem lux nostra petivit,
Hospitii linquens hostia clausa sui.
Virginis et matris servatur gloria consors:
Mater dans hominem noscere, virgo Deum.
Unius colitur duplex substantia nati;
Vir Deus; haec duo sunt; unus utrumque tamen.
Sps huic genitorque suus sine fine coherent:
Triplicitas simplex, simplicitasque triplex.
Bis genitus sine matre opifex, sine patre redemptor;
Amplus utrisq· modis, amplior unde minor.
Sic voluit nasci domuit qui crimina mundi;
Et mortem iussit mortuus ipse mori.
Nostras ille suo tueatur nomine vitas:
Protegat ille tuum Gregori praesulem genus. (1)

1

Romae in icone s. Petri.

Solve iuvante Deo terrarum Petre catenas,
Qui facis ut pateant caelestia regna beatis.
Ipse tua, Petre, disrumpi vincula iussit,
Qui te constituit mundanos solvere nexos. (2)

2

*

His solidata fides, his est tibi, Roma, catenis
Perpetuata salus: harum circumdata nexu
Libera semper eris. Quid enim non vincula praestent,
Quae tetigit qui cuncta potest absolvere vincta?

(1) Gruterus p. 1174. 3. e codice palatino; Fleetwood p. 534. Mr.—Contuli egomet codicem p. 70; sicque revera se habere ultimum quoque versum deprehendi. — A. M.

(2) Grut. p. 1175. 10. e cod. pal. (p. 76, qui habet *nexos*, non *nexus* ut alii); Fleetw. p. 464; Baron. T. VII. p. 514; Borgia confess. vat p. 185; Rocca de campanis p. 90. In alio codice item antiquo primi duo versus ponuntur *in iconia s. Petri*. Item pro *iuvante* legit Rocca *iubente*, ut est in graduali missae s. Petri — Mr.

Haec invicta manu vel relegiosa triumpho
Moenia non ullo penitus quatientur ab hoste.
Claudit iter bellis qui portam pandit in astris. (1)

1

Romae in s. Sebastiani extra muros lapis affixus parieti prope aram in qua iacet corpus s. martyris, litteris antiquis.

✝ In isto loco promissio vera est
et peccatorum remissio: splen-
dor et lux perpetua, et sine fine
letitia, qua meruit XPI mar-
tir Sebastianus. (2)

2

Prope Fesulas in fronte vetustissimae ecclesiae monasterii ss. Bartholomaei et Romuli visitur ingens tabula, in qua insculptae magno artificio rosae, aviculae, quarum una piscem carpit, et sequens inscriptio uncialibus litteris.

Omnia que-
cumq· orantes
petitis, credi-
te quia acci-
pietis et eveni-
ent vobis.

Cum stabitis
ad orandum,
remittite si-
quid habe-
tis adversus
aliquem. (3)

3

Placentiae in ecclesia beati Antonini.

Non sim pro meritis sanctorum coetibus exsul,
Qui regnas dominans sursum in astra Deus.
Elue probra pater, delicti crimina (4) tolle,
Qui bonitate cluis et deitate viges.
Urentes picei flammas restingue barathri (5)
Gurgite quo sordes purificare vales.
Et pietatis opem defuncto inde redones (6),
Unde dare vivo munera sacra soles (7).

(1) Grut. p. 1174. 4. e cod. pal. (p. 71); Fleetw. p. 507; Baron. T. VII. p. 513. V. Monsacratum de caten. p. 8. Mr. — Item Cancellarium de eodem argumento cap. XIV. Sunt autem subdiaconi Aratoris versus — A. M.

(2) Verba sunt angeli ad s. Gregorium M. sacris operantem ad dictam aram, ut ibidem adfixa tabula docet. Mr. — Legi egomet exemplar ipsam litteris pulchris magnisque exaratum. — A. M.

(3) Vide Bandinium epist. fesul. p. 48. Item notit. flor. an. MDCCXXXI. p. 43, ubi *et venict* pro *evenient*. — Mr.

(4) Cod. *crimine*. — A. M.

(5) Cod. *baratri*. — A. M.

(6) Cod. *indere donis*. — A. M.

(7) Grut. p. 1169. 2. ex cod. pal. (p. 49.) Fleetw. p. 527. — Mr.

1

Velitris in museo borgiano tabella plumbea.

Scti Genesii templum·
Quicumq· venitis
fundite corde preces
nri sacer o miserere.
Omne malum vestrum precib· solvet Ds eius.
Nam corpus totum iacet eius
hic tumulatum.

In aversa facie.

In hoc venerabili loco condita sunt
gloriosa ossa beati Genesii hu-
ius quondam urbis episcopi, cu-
ius festivitas celebratur
octavo kalendas septembrium. (1)

2

Post baptisterium lateranense occidentem versus in zophoro peristylii portae oratorii s. crucis ab Hilaro PP. constructi.

Introibo· in· domum· tuam· et· adorabo· ad· templum· sanctum·
tuum· in· timore· tuo· (2)

3

Versus domini Petri referendarii in basilica palatii s. Mariae.

Qualiter intacta processit virgine partus,
Utque pati voluit natus, perquirere noli.
Haec nulli tractare licet, sed credere tantum. (3)

4

Nunc quoque (4) tristes veniunt et laeti recedunt.
Nec miror pulchrum fieri quod XPS adornat. (5)

(1) Marinius provocat ad schedas Constantini Rugerii, inter quas hanc inscriptionem ego non reperi, propter vel earum perturbatissimum ordinem vel aliam causam. Inscriptioni veteri subtexitur alia recentior, barbarioribus exarata litteris: *MCCCLXV. die XXVIII. aprilis ego Ambrosius de Velate abas monesterii sancti Genexii de Besillo (repert) corpus.* — Item alia: *MCCCCII. die XXIII. augusti dominus Cardinalis Bon. fecit aperiri arcam; s. Genexii ossa sunt reperta.* — A. M.

(2) Panvinius de VII. urb. eccl. p. 164; Rasponus de basil. later. p. 232. — Mr.

(3) Burmannus anthol. T. II. p. 637. — Mr.

(4) Corrige *huc quoque* — A. M.

(5) Grut. p. 1171. 12. ex cod. pal.; Fleetw. p. 532. — Mr. — Mendose autem in Marinii schedis et apud praedictos editores *adorat*. Habet enim *adornat* codex pal. p. 60. — A. M.

1

Toleti in portarum aditu.

Erexit factore Deo rex inclytus urbem
Wamba suae celebrem protendens (1) gentis honorem.

In memoriis quoque martyrum, quas super portarum turriculas idem rex statuit.

Vos sancti Domini, quorum hic praesentia fulget,
Hanc urbem et plebem solito servate favore. (2)

2

Romae in zophoro maioris absidis tricliniaris aulae in lateranensi palatio ab s. Leone III. constructae.

Deus cuius dextera beatum Petrum ambulantem in fluctibus ne mergeretur erexit, et coapostolum eius Paulum ter naufragantem de profundo pelagi liberavit; tua sancta dextera protegat domum istam, et omnes fideles convivantes qui de donis apostoli tui hic laetantur; qui vivis et regnas cum Deo patre in unitate spiritus sancti Deus etc. (3)

3

In ecclesia beati Anastasii quam construxit Leutbrandus rex in Italia.

Continet ista manus mundum, prosternit elatos,
Et humiles erigit, iuste miserata roganti. (4)

4

In epistylio portae maioris in ecclesia s. Pudentianae.

Ad requiem vite (sic) cupis o tu quicumque venire,
En patet ingressus fueris si rite reversus.
Advocat ipse quidem via dux et ianitor idem,
Gaudia promittens et crimina quaeque remittens.

(1) Schedae Marinii perperam *protendes*; Namque in editis vidi *protendens* et apud Burm. *pretendens*.

(2) Morales lib. XII. 48, Mariana hist. VI. 14.; Baron. T. XI. p. 595; Burman. anthol. T. II. p. XXXVII. Mariana et Burmannus habent in 1. versu *fautore* pro *factore*, et infra Mariana cum Baronio *domini sancti* pro *sancti domini*. — Mr.

(3) Panvinius de VII. urb. eccl. p. 184, quem vide; Raspon. p. 326.

(4) Grut. p. 1168. 9. ex cod. pal. (p. 48.); Fleetw. p. 526.

Vir dextra librum tenens.

Hic cunctis vite (sic) pastor dat dogmata sancte.

Sancte precor pastor pro nobis esto rogator.

Virgo cum lucerna.

Virgo Pudentiana coram stat lampade plena.

Protege praeclara nos virgo Pudenq·tiana. (sic)

Agnus.

Hic agnus mundum restaurat sanguine lasps*um*

Mortuus et vivus ; idem sum pastor et agnus.

Virgo cum lucerna.

Occurrit sponso Praxedis lumine claro.

Nos, pia Praxedis, prece sanctas confer ad edis.

Vir dextra volumen tenens.

Almus et iste docet Pudens ad sidera cales. (1)

Te rogo sancte Pudens, nos purga, crimina trudens. (2)

1

Lesinae in zophoro absidis veteris templi.

Quos· sotiat· fidei· meritum· quos· gloria· caeli·
Corporib· pausant· sacro· sub· tegmine· templi·
Primianus· item· Firmianusq· verendus·
Fortis· Alexander· simul· et· Tellurius· almus·
Martyrio· clari· Lesinae· tutamina· gentis·
Orent· pro· populo· Dominum· et· mala· cunta· (sic) repellant· (3)

(1) Sic Marinii scheda; sed apud alios vidi *calles*.

(2) Ciampin. vet. monum. T. I. p. 26. Blanchin. hist. eccl. part. III. p. 480. Panvin. de VII. urb. eccl. p. 267. cum varietate. (*Requiem vitae accipere* dicitur apud Lactantium de mort. pers. p. XXIV.) Martinellus in primo crucis tropaeo p. 53. edit hos versus, existimatque anni DCCCLXX, sub Hadriano I. — Mr. — Equidem volui hos versus ad s. Pudentianam legere; sed partim sublimitate scripturae impeditus sum, partim etiam nonnullis stemmatibus incommode ibi collocatis.

(3) Ex opusculo ms. Ioh. Bapt. Polydori, quod est apud me inter schedas Rugerii, de vita s. Pardi episcopi Larinatinum. Mr. — Contuli inscriptionem cum schedis praedictis. — A. M.

1

Romae in cryptis basilicae vaticanae.

Exaudi· *nos*· *omnp*· et· misericors· D*s* *et famulum tuum*
*Gre*gorium· ter*t*ium· quem· tua· gratia· iussit *esse pastorem, per haec quae*
agimus· aeternae· beatitudini· et· consortio· tuo *aggreges eique pro cat-*
holica· fide· religionis· XPianae· praemia· vitae aeter*nae et refri-*
gerii· cum· fidelibus· tuis· praepares· mansionem· Per *D. N. I. Ch*· ꝯ
Haec Dne· oblata· sanctifica· et· animam· famuli· tui· Grego*rii*
*maculis emu*nda· et perpetuae· vitae· facias· esse· par*ticipem*
Domine· indulgentia· tua· animam· famuli· tui· *Gregorii*
cor*poris*· et· sanguinis· participatio· sacr*a*
saginet· et· sempiterna· redemptione· mun*iat*· (1)

2

Prope mansionem dictam le case bruciate *inter Anconam, Aesium, et Senogalliam, inscriptio detectn inter rudera in praedio gentis Marcoliniae anno MDCCLXVIII.*

T. N. L. Tu nos salva Domine. (2)

3

Constantinopoli in porta Chalces.

Ἄφωνον εἶδος καὶ πνοῆς ἐξῃρμένον
Χριστὸν γράφεσθαι μὴ φέρων ὁ δεσπότης
ὕλῃ γεηρᾷ ταῖς γραφαῖς πατουμένῃ
Λέων σὺν νέῳ τῷ Κωνσταντίνῳ
σταυροῦ χαράττει τὸν τρισόλβιον τύπον,
καύχημα πιστῶν ἐν πύλαις ἀνακτόρων. (3)

4

Silimbriae in moeniis.

✝ Κε βοίθη τὸ σῷ δούλῳ
Σεργίῳ βασιλῖ σπαθαιω... (4)

(1) Dionysius crypt. vat. tab. VIII; Turrig. p. 86, Blanch. ad Anast. T. I. praef. c. 48; Ciampin. aedif. sacr. p. 104. Mr. — Inscriptionem in cryptis vaticanis ipsemet legi, deprehendique tinctorem litterarum ferisse *Gaudino* pro *exaudi nos*; item in tertio versu verb. 4. *pe* pro *et*. In extremo autem versu perperam schedae marinianae habeot *Deo emptione* pro *redemptione*. Supplementa denique imperfectae inscriptionis a Dionysio sumpsi. — A. M.

(2) Pars haec inscriptionis et reliqua ibidem compendia vel litterae merito videbantur Marinio legenda: *tu nos libera, tu nos salva Domine, agios, fortis, et immortalis.* — A. M.

(3) Bandurius numm. T. II. p. 702. et AA. Cpol. T. I. lib. VII. p. 155. ed. Ven. — Mr.

(4) Spon. miscell. p. 332; Borgia de cruc. velit. p. 156; Fleetw. p. 482; Cang. gloss. gr. app. T. II. p. 173. — Mr.

1

Hadrianopoli.

Κε βοήθει τῷ εὐσεβεστάτῳ καὶ
φιλοχρίστῳ βασιλεῖ ἡμῶν Ιωάννι. (1)

2

Mileti in muro theatri.

ΙΕΙΟΥΑΗΩΙΑΩΑΙΘΟΥΑΗΩΙΩΑ ΕΗΟΥΙΑΩΙΗΕΟΥΕΝΟΝ.

ΑΕΟ	ΕΗΙΟ	ΗΙΟΥ	ΙΟΥΩ	ΟΥΩ	Α.
ΟΥΩ	ΥΩΑ	ΩΑΣΑΓΙΕ	ΑΕΗΑΓΙΕ	ΑΕΗΙΑΓΙΕ	Α.
	ΑΓΙΕ				

φύλαξον	φύλαξ[ον]
τὴν πόλιν	τὴν πόλιν
Μιλησίων	Μιλησίων
καὶ πάντας	καὶ πάντας
τοὺς κατοι-	τοὺς κατοι-
κοῦντας.	κοῦντας.

Ἀρχάγγελοι φυλάσσεται ἡ πόλις Μιλησίων καὶ πάντες οἱ κατ. (2)

3

In Bonaura *prope Smyrnam.*

Ὑμνῶ θεὸν Μέλεσσα Ποταμὸν τὸν
σωτῆρα μου ἀπὸ παντὸς κακοῦ
καὶ λιμοῦ πανουμένου. (3) *sic*

4

Prope Smyrnam in parietinis dirutae ecclesiae in vico deserto.

Κε μνήσθητει *sic* τοῦ δού-
λου σου Αἰθερίχου τοῦ
ἀρχιεπισκόπου ἡμω ꙋ (4)

5

Versus columnae inscripti in foro constantinopolitano.

Σὺ Χριστὲ κόσμου κοίρανος καὶ δεσπότης,
Σοὶ νῦν προσῆξα τήνδε τὴν δούλην πόλιν,
Καὶ σκῆπτρα τάδε καὶ τὸ τῆς Ῥώμης κράτος.
Φύλαττε ταύτην, σῶζε τ' ἐκ πάσης βλάβης. (5)

(1) Spon. miscell. p. 372; Fleetw. p. 482.
(2) Chandler. p. 16. n. 42.
(3) Pocok. inscr. p. 39. n. 1.
(4) Chandler. p. 6. n. 13.
(5) Bandur. A. I. Cpol. lib. VII. p. 150. 310.

1

Tarvisii apud Paulum Grespanium.

IC + XC

Crux duobus hominis brachiis retenta.

Κύριε βοήθει α . . κω . . Ιω. (1)

2

Spoletii in Cathedrali in sacello Deiparae extat huius imago a graeco artifice picta, tegumento inaurato obtecta, in quo sequens inscriptio.

sic sic
Τί μῆτερ αἰτῆς τὴν βροτῶν σο-
τηρίαν; παρόργισάν με. συμπάθη-
σον υἱέ μου. διὰ τί οὐκ ἐπιστρέφη; τὴν Κε
sic sic
σῶσον χάρην πρὶν ἡ πέτρα πίφηνας. (2)

3

Veronae in museo publico. Ex Peloponneso Venetias transtulit Sigismundus Alborgettus V. C.

+ Ἁγία Μαρία Θεοτόκε φύλαξον
τὴν βασιλείαν τοῦ
φιλοχρίστου Ἰουστινιανοῦ·
καὶ τον γνησίως
δουλεύοντα αὐτῷ
Βικτωρῖνον + σὺν τοῖς
οἰκοῦσιν ἐν Κορίνθῳ κ. Θεῶν
ζῶντας + (3)

(1) Missam sibi dicit Marinius a comite Tomitano an. MDCCLXXXIV. Sed cuiusnam saeculi ipsa est? — A. M.

(2) Equidem laudo Marinium qui tam sedulo monumenta christiana, quibus litterae inscriptae sunt, conquisivit; ceterum, quod iam alibi dixi, quam tute ante annum Christi millesimum hanc et alias nonnullas collocet epigraphas, haud satis scio.

(3) Corsin. not. gr. p. 25; Blanchin. hist. eccl. part. II. p. 333, ex Maffeio mus. lapid. p. 66. 2. Hanc inscriptionem si dixerim ephesinae synodi de profligato Nestorio insigne tropaeum, non mentiar. — Mr.

1

Santini apud Virgines clarissas, tabella argentea auro iuncta.

...
(͡)

T
O
A
Γ I
O N M
Y P
O
N (1)

ꓭ + B ꓭ + B	I͞C N͞I	X͞C K͞A	ꓭ + B ꓭ + B

Heic in octogono sunt litterae argenteae tessellatae sic: — *Heic amethystus insculpta, more carunculae, facie imberbis.* — *Item heic simili modo hae litterae apparent:*

Ω μεγαλομάρτυς Δημήτριε μεσίτευσον πρὸς Θεὸν ἵνα τῷ πιστῷ σου δούλῳ τῷ ἐπιγείῳ βασιλεῖ ῥωμαίων Ἰουστινιανῷ δοίη μοι νικῆσαι τοὺς ἐχθροὺς ἐμοῦ καὶ τούτους ὑποτάξαι ὑπὸ τοὺς πόδας μου.

O
Θ *a* C
Π

a
O...HT
P I

Heic effigies sancti Demetrii opere tessellato, extantioribus corporis partibus pictura expressis. Dextera gerit hastam; sinistra scutum habet oblongum, in quo cernitur leo, floribus interpositis, amicitur veste militari, et crura tibialibus instructa sunt.

Αὔτη ἡ στάμνος φέρει μύρον ἅγιον ἐκ τοῦ φρέατος ἀντλήσασα ἐν ᾧ τὸ σῶμα τοῦ μυροβλύτε Θείου Δημητρίου τοῦτο ἀναβλίζον κεῖται, ἐκτελῶν *sic* ταυμάσια πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ καὶ τοῖς πιστοῖς.

Heic duae aquilae consociatae.

A
ΓΙΟ
C

Heic gemma anaglyptica exprimens imaginem cum cruce.

A
ΓΙΟ
C

Heic item duae aquilae consociatae.

(1) Νῶμρε τὸ ἅγιον μύρον, — A. M.

1

Romae in fronte ecclesiae s. Petri.

Credite victuras anima remeante favillas
Rursus ad amissum posse redire diem.
Nam vaga bis quinos iam luna resumpserat orbes,
Nutabat dubia cum mihi morte salus.
Irrita letiferos auxit medicina dolores;
Crevit et humana morbus ab arte meus.
Pro quantum Petro largitur Christus honorem!
Ille dedit vitam, reddidit iste mihi. (1)

2
*

Ianitor ante fores fixit sacraria Petrus;
Quis neget has arces instar et esse poli?
Parte alia Pauli circumdant atria muros.
Hos inter Roma est: hic sedet ergo Deus. (2)

3

Romae in arcu, de imagine Petri.

Ianitor hic caeli est, fidei petra, culmen honoris,
Sedis apostolicae rector et omne decus. (3)

4
*

Iam dudum quod fama refert te Graecia misit;
Sanguine mutasti patriam, civemque fratremque
Fecit amor legis. Sancto pro nomine passus
Incola nunc Dni servas qui altaria XPI,
Ut Damasi precibus faveas precor inclyte martyr. (4)

5

Vercellis.

Quisquis post mundum aetherias conscendere plagas
Posse putat iustos, Marcellinum quoque credat
Presbiterum caeli sedes habitare quietas.
Nam rectis castum gessit sub moribus aevum

(1) Grut. p. 1163. 2. ex cod. pal. (p. 27) Saveranus p. 65; Fleetw. p. 523. In codice v. 5. est *laetiferus*; v. 6. *credite* pro *crevit et*. — Mr.

(2) Grut. p. 1170. 8. ex cod. pal. (p. 57); Fleetw. p. 463; Baron. T. IV. p. 53. Codex in secundo versu habet *instar esse* omiss. et.

(3) Ex codice closterneburgensi saec. XV. Post hosce duos versus sequitur ibi de imagine Pauli *presbiter hic positus* etc.

(4) Grut. p. 1173. 10. ex cod. pal. (p. 68), Fleetw. p. 533. Merend. ad Damas. in add. nd. p. 8, et s. Dam. op. p. 234. Sarazanius in secundo versu recte posuit *fratremque*, pro *fratrem* quod est in cod. pal. Ex vocabulo *iamdudum* incipit carmen Damasi de s. Paulo; et ex *fama refert* aliud eiusdem de s. Agnete. (In cod. pal. *Grecia* sine diph.) — Mr.

Religione pius Bessorum in partibus ortus,
Et gemina vitam felix aetate peregit. (1)

1

Romae in basilica s. Sebastiani. (2)

Hic habitare (3) prius sanctos cognoscere debes,
Nomina quisque Petri Pauli pariterque (4) requiris;
Discipulos oriens misit quod sponte fatemur.
Sanguinis ob meritum Christum per astra secuti
Aetherios petiere sinus regnaque (5) piorum.
Roma suos potius meruit defendere cives.
Haec Damasus vestras referat, nova sidera, laudes.

2
*

Heraclius (6) vetuit lapsos peccata dolere,
Eusebius miseros docuit sua crimine flere.
Scinditur in partes populus gliscente furore,
Seditio caedes (7) bellum discordia lites.
Extemplo (8) pariter pulsi feritate tyranni
Integra cum rector servaret foedera pacis
Pertulit exilium omnino sub iudice laetus
Litore trinacrio mundum vitamque reliquit.
Damasus. (9)

3

Romae in ecclesia s. Laurentii extra muros.

Haec est aeterno florens et grata iuventus,
Sanguine quae fuso pulchra trophaea tulit.
Ibant ut sererent quae semina pulchra ferebant,
Et lacrymis flentes immaducre genae.

(1) Gruterus p. 1169. 11; Fleetw. p. 448. — Mr.

(2) Marinius in scholiis nihil aliud dicit, nisi *vide schedam insertam*. Ego vero hanc schedam frustra quaesivi; excidit enim e Marinii adversariis. Itaque quum ad s. Sebastiani me contulissem, lapidem quidem reperi in hypogeo, ubi s. Silvestrum papam sacras ordinationes fecisse traditum est. Sed tamen in dicto lapide, formis litterarum rudioribus exarato, nonnisi tres priores versus extant; reliqui numquam ibi fuerunt. Ergo exemplar marinianum aliunde derivatum est, praesertim quia aliquoties in tribus quoque discrepat prioribus versibus. — A. M.

(3) Ita lapis a me lectus; at Marinius scribit *habitasse*. — A. M.

(4) Marinius *pariter Paulique*. — A. M.

(5) Corrige *regnumque*. — A. M.

(6) Recitat hoc carmen Gruterus p. 1171. 17. ex cod. pal. p. 61; Fleetw. p. 415; Bolland. sept. T. VII. p. 268, Merenda s. Dam. p. 208, qui etiam censet sermonem esse de Eusebio papa.-Mr.

(7) Marinius in suo ms. habet *sedet loca ede*, quae corruptissima lectio est amanuensis palatini p. 61; sed ea facile emendatur si pro *e* ponas *i*, et pro *l* legas *t*, alterque verba dividas, id est *seditio*; deinde *caede* pro *caedes*. Sane ita emendatum a Baronio observat Fleetwoodus, et sic dedit Merend. — A. M.

(8) Cod. pal. *exemplo*; et sic Merend. — A. M.

(9) *Damasus* deest in cod. pal. — A. M.

Nunc de messe suis portantes farra maniplis
Laetitia redeunt se comitante nova. (1)

1

*

Hic positus (2) caeli transcendit culmina Pauli
Cui debet totus quod XPO credidit orbis. (3)

2

Romae in ecclesia s. Agnetis via nomentana ingens tabula.

*Fam*a refert sanctos dudum retulisse parentes,
*A*gnen cum lugubres cantus tuba concrepuisset,
*N*utricis gremium subito liquisse puellam;
*S*ponte trucis calcasse minas rabiemque tyranni;
*U*rere cum flammis voluisset nobile corpus,
*V*iribus immensum parvis superasse timorem,
*N*udaque profusum crinem per membra dedisse,
*N*e domini templum facies peritura videret.
O veneranda mihi sanctum decus alma pudoris,
*U*t Damasi precibus faveas precor inclyta martyr. (4)

3

In ecclesia s. Laurentii in Damaso.

Non mirum est fallax nimium quod flamma minatur
Martyris, et corpus nil nocitura cremat.
Namque docet fidei magnam sine vindice poena
Ad caelum mediis ignibus esse viam.
Hunc etenim fruitur martyr Laurentius ignem,
Et meritis summis ne moriatur agit. (5)

(1) Marinius testes huius epigrammatis citat schedas presbyteri Terribilinii; quae rursus citabant ms. Capocium. Ego perlustrans s. Laurentii ecclesiam, non inveni hoc epigramma. — A. M.

(2) In codice quodam videtur fuisse scriptum *presbyter hic positus*. Recole p. 31. n. 3. — A. M.

(3) Gruterus p. 1172. 8. ex cod. pal. (p. 64); Fleetw. p. 532. — Mr.

(4) Marinius prolixo in scholio scribit heic auctores multos, qui modo recte modo secus hoc Damasi carmen ediderunt. Verumtamen ne ipse quidem Marinius legisse videtur insignem hunc lapidem, qui adhuc prostat conspicuus in s. Agnetis ecclesia, pulcherrimis maximisque litteris scriptus. Etenim Marinius in septimo versu scribit mendose *diffusum*, pro *profusum* ut versus a me in lapide lectum est; Merenda autem op. s. Dam. p. 237. errores auget scribens *perfusos crines et membra*; et in fine *virgo* pro *martyr*. Quare ne Merenda quidem, Romae licet praesens, lapidem legisse credendus est. Scriptus fuit lapis aetate ipsa s. Damasi, litteris maximis speciosis et ornatulis, prorsus ut alii duo ingentes aeque lapides, cum eiusdem Damasi carminibus; quorum lapidum unus in cryptis vaticanis incipit *cingebant latices montem*; alter in s. Sebastiani, cuius initium est *Eutychius martyr*. — A. M.

(5) Gruterus p. 1164. 12. e cod. pal. (p. 32.)

1
*

Verbera carnifices flammas tormenta catenas
Vincere Laurenti sola fides potuit.
Haec Damasus cumulat supplex altaria donis,
Martyris egregii suspiciens meritum. (1)

2
*

Cultores domini Felix pariterque Philippus
Hic virtute pares contempto principe mundi,
Eternamque (2) petiere domum regnaque (3) piorum,
Sanguine quod proprio XPI meruere coronas.
His Damasus supplex voluit sua reddere vota. (4)

3
Romae.

Par meritum quicumque legis cognosce duorum,
Quis Damasus rector titulos post praemia reddit.
Iudaicus populus Stephanum meliora monentem
Perculerat saxis, tulerat qui ex hoste tropaeum:
Martyrium primus rapuit levita fidelis.
Tarsicium sanctum Christi sacramenta gerentem
Cum male sana manus premeret pulgare (5) profanis,
Ipse animam potius voluit dimittere caesus,
Prodere quam canibus rabidis caelestia membra. (6)

4
Nolae olim in ecclesia s. Felicis.

Corpore· mente· animo· pariter· re· et· nomine· Felix·

Sed male Gruterus *ac corpus* pro *et corpus*, *poena* pro *poena* (contra codicis fidem. Gruterum autem exscribit Fleetw. p. 441. — A. M.) Habet hoc inter carmina Damasi Sarazanus p. 163; sed Merend. de eo dubitat p. 230. — Mr. Ego in renovata s. Damasi ecclesia nequicquam praedictum carmen quaesivi. — A. M.

(1) Gruterus p. 1177. 1. e cod. pal. (p. 81) et Fleetw. p. 435; Sarazan. p. 186; Merend. p. 230: sed hi omnes *egregium* pro *egregii* — Mr. Scilicet omnes mendum Gruteri exscripserant, qui codicem palatinum male legerat. — A. M.

(2) Ita scheda Marinii. — A. M.

(3) Corr. *regnumque*. — A. M.

(4) Ex cod. claustroneoburgensi saec. XI. p. 265. Post versum *his Damasus* in codice ilico additur *veridicus rector*, qui est certe Damasi versus apud Merend. p. 227. — Mr. Ergo carmen hoc de mm. Fel. et Phil. addendum est Damasi editionibus. — A. M.

(5) Baronius haec informia duo verba emendat *peteret vulgare*. Mr. — Cod. pal. *premeret* et *cesus*; at scheda Marinii mendosius *prevriceret*. — A. M.

(6) Gruterus p. 1174. 2. ex cod. pal. (p. 70) qui habet *premia*, *pemeret*, *cesus*. Fleetw. p. 496. *perie-*

Sanctorum· in· numero· Christi. sacrate· triumphis·
Qui· ad· te· sollicite· venientibus· omnia· praestas·
Nec· quemquam· pateris. tristem· repedare· viantem·
Te· duce· servatus· mortis· quod· vincula· rupi.
Hostibus· extinctis· fuerant· qui· falsa· loqnti·
Versibus· his· Damasus· supplex· tibi· vota· rependo· (1)

1
*

Tempore quo gladius secuit pia viscera matris,
Hic positus rector caelestia iussa docebam.
Adveniunt subito rapiunt qui forte sedentem,
Militibus missis populi tunc colla dedere.
Mox sibi cognovit senior quis tollere vellet
Palmam, seque suumque kaput prior obtulit ipse,
Inpatiens feritas posset ne laedere quemquam.
Ostendit XPS, reddit qui praemia vitae,
Pastoris meritum; numerum gregis ipse tuetur. (2)

2
*

Tempore quo gladius secuit pia viscera matris,
Egregius martyr contenpto principe mundi
Etheris alta petit Christo comitante beatus.
Hic tibi sanctus honor semper laudesque manebunt.
Care Deo, ut foveas Damasum, precor alme Tiburti. (3)

3

Tempore quo gladius secuit pia viscera matris,
Sexaginta duo capti feritate tyranni,
Extemplo ducibus missis tunc colla dedere (4)
Confessi XPM, superato principe mundi,
Aetheriam petiere domum regnaque (5) piorum. (6)

ret. Lege Sarazan. p.183; Merend. p.232. Severanus autem p.436. ait extitisse hos versus in s. Sebastiani coemeterio ad sepulchrum s. Tarsicii. Confer Bolland. aug. T. III. p. 201; Bosium Rom. subt. p. 176. — Mr. Adnotemus in postremo versu testimonium Damasi de Christi in eucharistia corpore praesente. — A. M.

(1) Remondinus T. I. hist. Nol. p. 575 ex lectionibus s. Maximi in breviario vetustissimo negat votum hoc redditum esse a Damaso s. Felici, perperamque in editis esse ait *Felix* pro *Magne*. Edidit Sarazanus p.145, et Merend. p. 230, cum varietatibus, quas in notis videsis. Habet etiam Ant. Caracciolus cap. 2. ant. monum. eccl. Neap. p. 35. ex breviario salernitano Romualdi episcopi, in quo item est *pariter re et nomine Felix*; in versu 6. *locuti*. Confer Bolland. febr. T. II. p. 22. — Mr.

(2) Gruterus p. 1173. 13. ex cod. pal. (p. 69.) Confer eundem Grut. p. 1171. 7. et 1172. 2. Fleetw. p. 533. Lege s. Dam. Merend. p. 137. 227. et in add. p. 7. apud quem editorem est lemma *de s. Stephano P. et M.* — Mr.

(3) Ex codice clostaneburgensi saec. XI.—Mr.

(4) Cod. *dederi*. — A. M.

(5) Corr. *regnumque*, cum Grutero — A. M.

(6) Gruterus p. 1171. 7. ex cod. pal. (p. 60);

1

*

Olim sacrilegam quam misit Graecia turbam
Martyrii meritis nunc decorata nitet.
Q. medio pelagi votum miserabile fec.
Reddere funerea dona nefanda Iovi.
Ypoliti sed prima fides celestibus (1) armis
Respuit insanam pestifera lucem. (2)
Quem monachi ritu tenuit spetunca (3) latentem
Christicolis gregibus dulce cubile parans.
Post hunc Adrias sacro mundatus in amne,
Et Paulina sua consociata viro.
XIII. k. iun. (4)

2

*

Conspectis properanter aquis ardescere coepit
Eunuchi fecunda fides; quiescit emersus. (5)

3

Arelate in pallio statuae marmoreae s. Trophimi episcopi ante annos mille positae.

Cernitur eximius vir Christi discipulorum
De numero Trophimus hic septuaginta duorum. (6)

4

Romae in icone s. Petri.

ΤΟΝ ΘΕΟΝ ΛΟΛΟΝΘΕΝCΕΡΥΣΩ
ΤΗΝ ΘΕΟΤΑΥΠΤΟΝ ΠΕΡΑΝΕΝΗ
ΒΕΒΗΚΩΣ ΟΥ ΚΛΟΝΥΜ. (7)

Fleetw. p. 531. Primus versus est ex Damasi carm. X. et XX. Merend. Quartus et quintus conferendi sunt cum carm. XXIV. Extat apud Merend. in append. cum variet. — Mr.

(1) Ita sched. sine diph. — A. M.

(2) Ita sched. — A. M.

(3) Ita sched. — A. M.

(4) Ex cod. clostuneburgensi. An. s. Damasi? — Mr.

(5) Grut. p. 1174. 3 ex cod. pal. (p. 70). — Mr.

(6) Petrus Saxicus hist. pont. arelat. p. 1. — Mr.

(7) Mabillonius analect. ed. vet. T. IV. p. 505. n. 80. ex cod. einsidlensi saec. IX. Tum in notis p. 518. ait idem Mabillonius: *graecae huius inscriptionis sensum plane difficilem reddunt mendosi characteres. Consultis amicis, haec tandem restitutio probabilior et genuina visa est:* τὸν θεὸν λόγον θιᾶσθε χρυσῷ τὴν θεόγλυπτον πέτραν, ἐν ᾗ

1

Romae in s. Stephani.

Pulchra patris splendet Baptistae mensa (1) Iohannis
Martyris in Stephani venerabilis aede sacrata:
In qua sancta simul conduntur pignora summi
Egregiique Sabastiani multisque aliorum
Tempnentum mundi mortalem principe vitam,
Cum XPO caelis meliorem vivere semper
Optantes potius, pastor quam struxit honestus,
Aeternam ut requiem mereatur habere Palumbus
Quorum gessit amor repentibus ista tonante. (2)

2

Romae in ipso aditu coemeterii ss. Sixti et Praetextati.

Hic congesta iacet, quaeris si, turba piorum.
Corpora sanctorum retinent veneranda sepulchra;
Sublimes animas rapuit sibi regia caeli.
Hic comites Xysti portant qui ex hoste tropaea;
Hic numerus procerum servat qui altaria XPI;
Hic positus longa vixit qui in pace sacerdos;
Hic confessores sancti quos Graecia misit;
Hic iuvenes puerique senes castique nepotes,
Quis mage virgineum placuit retinere pudorem.
Hic, fateor, Damasus volui mea condere membra,
Sed cineres timui sanctos vexare priorum (3)
Systi Dionisii Cornelii Felicis Pontiani Fabiani Gai
Eusebii Melciadis Stefani Urbani Luci Mannus Anteros
Numidiani Ladicei Iuliani Policarpi Optati. (4)

βεβεχώς τὸ κλειδοῦμαι. Vide etiam de-Magistris act. M.M. ost. p. 351. — Mr.

Duae sunt in vaticano templo sedentes Petri apostoli statuae; altera aenea quae ad venerationem omnium mortalium haud procul ara maxima posita est; altera vetustior marmorea in templi crypis. Iam graeca haec inscriptio, sub neutra ex his statuis nunc conspicitur, neque iam fere extat nisi, ut arbitror, in Mabillonii libro; quare et eius restitutio difficilior incertiorque est, quia coniecturis tantum fit, amisso archetypo. De statua aenea, quae in orbis christiani meridiana luce versatur, nihil dicam; sed marmoreae secretioris, quae item sedet, ut dixi, dexterà tenens claves, sinistrà deiectà, inscriptionem recitabo, quam ipsemet legi, superimpositam. *S. Petri apostolorum principis statua marmorea antiquissima, quae erat inter columnas porticus veteris basilicae supra valvas aeneas, huc translata. Paulo V. P. M.* — A. M.

(1) Id est *altare.* — A. M.

(2) Gruterus p. 1165. 1. ex cod. pal. (p. 34) in quo est *pulchra Sabastiani multisque*, non ut edidit Gruterus *pulcra Sebastiani multique*; item Flectw. p. 462. De catalogis reliquiarum ss. qui in marmoribus occurrunt videsis Paulinum in oper. de s. Felice p. 114. — Mr.

(3) Corr. *piorum* cum Grutero — A. M.

(4) Gruterus p. 1172. 11. ex cod. pal. (p. 64. qui desinit in vocabulo *piorum.* — A. M.)

1

In s. Sabinae tabula eximiae magnitudinis muro adfixa intrantibus parte dextera.

Summa papatus Eugenius arce locatus
Corpus Alexandri presulis egregii ;
Nec non Theodoli; simul et te martir Eventi,
Iuxta Savinam Seraphiamque piam ;
Ede sub hac posuit, quam Petrus presbiter edit
Sub Caelestino praesule Roma tuo.
Illis et cunctis sacro baptismate lotis
Vos sancti Dominum esse rogate pium. (1)

2

Tuscanellae in lamella plumbea.

Anno Domini ccccccxLVIII· ind· VI·
corpora sanctorum martyrum Secundiani
Marcelliani Viriani et Deodati a domo
sanctorum translata sunt in civitatem
Tuscanam. (2)

3

Romae in s. Praxedis, haud procul ara maxima, optimis litteris (3).

+ In n̄ Dn̄i D̄i Salv̄· n̄ri Ih̄u xp̄i temporibus scis-
simi ac ter beatissimi et apostolici d̄n Paschalis

Est etiam in cod. clostuneburgensi, quem consuluit Garampius, in quo post *piorum* leguntur nomina illa sanctorum. At in 4. vers. pro *Xysti* est *et isti*; pro *numerus* in quinto est *nostris*; in 9. pro *quis* est *queis*. Extat etiam apud Fleetw. p. 507. (Profecto videtur mihi plerumque inutiliter Marinius post Gruterum citare Fleetwoodum, qui nonnisi Gruteri impressum librum exscribit; nihilominus Marinii scholia hac in parte non imminuo — A. M.) Carmen hoc occurrit inter opera s. Damasi n. 29. Sarazan. et n. 33. Merend. quem postremum vide in add. p. 9. Item vide Bos. p. 190; Arringh. T. I. p. 478; Severan. p. 437; Baron. T. V. p. 579. Quartum versum habes fere totum inter carmina Damasi ed. Merend. p. 223, et apud Kollar. analect. vindob. T. I. p. 398. — Mr.

Ego lapidem in s. Sebastiani non reperi; sedem tamen eius certam ablatique prope nupera indicia, id est in pariete effossionem, mihi deprehendere visus sum — A. M.

(1) Bolland. aug. T. VI. p. 497; Gallet. inscr. rom. T. III. p. 455. Vide in arch. vat. secr. Brutium T. XVII. p. 92. *Summa Petri sedes* legebatur in musivo basilicae vaticanae. Ciampin. de aedif. Const. p. 42; Bianchin. hist. eccl. part. II. p. 224, qui hoc monumento utitur pro Papae primatu; Martinell. Roma ex ethn. sacr. p. 297. In hoc lapide haec incisa leguntur: *supra hunc sepulchralem lapidem, quo olim ss. martyrum Alexandri, Eventii, Theoduli, Sabinae, et Seraphiae, corpora claudebantur, S. P. Dominicus toto corpore prostratus orare consuevit.* — Mr.

Ego hunc lapidem invisens, male tinctam videbam primam tertii versus litteram. Item de inconstantia *pre* et *prae* in 1. et 6. versu subdubitabam. — A. M.

(2) Turriotius memor. hist. urbis Tuscaniae p. 5. — Mr.

(3) Edidit hanc inscriptionem Davanzatus hist.

papae infraducta sunt veneranda scorum corpora in hanc scam et venerabilem basilicam beatae XPI virginis Praxedis; quae praedictus pontifex dirnta ex cymiteriis seu cryptis iacentia auferens et sub hoc sacro sco altare summa cum diligentia propriis manibus condidit in mense iulio die· XX· indictione decima ☩ Nomina vero pontificum haec sunt· Urbani, Stephani, Antheri, Meltiadis, Faviani, Iulii, Pontiani, Siricii, Lucii, Xysti, Felicis, Anastasii, et Caelestini ☩ Item nomina episcoporum· Stratonici, Leucii, et Optati ☩ Quamquam presbiterorum et levitarū Nicomedis archipbri, Iustini, et Cyrini, Cyriaci diaconi, Nemesii, atque Iachei ☩ Etiam et martyrum nomina ista sunt· Zotici, Herenei, Iachinthi, Amantii, Mari, Audifax, Abbacu, ac (1) scorum octingentorum quorum nomina scit omps· Castuli, Felicis militis, Gordiani, Epimachi, Serviliani, Sulpicii, Diogenis, Basti (2), et alii LXII· Marcelliani, Marci, Festi, et alii duo· Tertullini, Fausti, Bonosi, Mauri, Calumniosi, Iohannis, Exsuperantii, Casti, Cyrilli, et septem germanos, Honorati, Theodosii, Basilii, Crescenti, Largi, Smaragdi, Crescentionis, Iasonis, Mauri, Yppoliti, Pontiani, Chrysanti, et alii LXVI. Simulque et alii mille centum viginti quattuor quorum nomina sunt in libro vitae· Mauri, Arthemii, Polionis, et alii sexaginta duo martyres ☩ Nomina quoque virginum scilicet et viduarum, Praxedis, Pudentianae, Iulianae, Simferosae, Feliculae, Marinae, Candidae, Paulinae, Dariae, Basillae, Paulinae, Memmiae, Marthae, Emerentianae, Zoe, et Tiburtiadis ☩ Quocirca et in ipso ingressu basilicae manu dextra, ubi utique benignissimce suae genitricis scilicet dom–

s. Praxedis p. 293; Martinell. i. troph. cruc. p. 46; Panvin. VII. urb. p. 259, cum varietatibus (v. gr. v. 6. *dirutis* pro *diruta*, emendans scilicet; et v. 10. post *pontificum*, sponte addit *romanorum*; v. 14. omittit *quamquam*; v. 16. *Zachei* pro *Iachei*, et alia contra lapidis veritatem. — A. M.) Vide lib. pontif. ed. Vignol. T. II. p. 326, et Aleman. de later. par. p. 13. Confer denique Brutium T. XVIII. p. 320. — Mr.

(1) Deest *ac* in scheda Marinii; sed extat in lapide. — A. M.

(2) Ita legitur *Basti* in lapide; tum etiam in scheda Marinii 1. manu; at 2. *Blasti*, contra lapidis fidem. Ceteroquin infra in barbara epigraphe occurret nobis *Blastus*. — A. M.

nae Theodorae episcopae (1) corpus quiescit, condidit iam dictus praesul corpora venerabilium haec, Zenonis presbiteri et aliorum (2) duorum· pariterque et in oratorio beati Iohannis Baptistae manu leva praenominatae basilicae, qui *sic* et secretarium esse dinoscitur, condidit corpora scilicet Mauri et aliorum quadraginta martyrum ✠
Simili modo et in oratorio beatae xpi virginis Agnetis, quod sursum in monasterio situm est, ipse pastor eximius posuit corpora piorum martyrum, videlicet Alexandri papae atque Eventii et Theoduli presbiteris *sic* ✠ Hos omnes Dei electos frequentius deprecans, quatenus per eorum valeat preces suae post finem carnis ad caeli conscendere culmen. Amen ✠
Fiunt etiam insimul omnes sci duo milia CCC.

I

Romae in s. Angeli ad forum piscium, grandis tabula adfixa parieti intrantibus parte dextera (3).

Haec· sunt· nomina· scorum· eorum· (4) beneficia· (5) hic· requiescunt· idest· Dni· et· Salvatori· N· IHU· XPI· scae· quae (6) eius· genetricis· Mariae· dominae· N·

(1) Notandus titulus *episcopa*, qui etiam alibi semel occurrit in his nostris inscriptionibus. Neque tamen heterodoxi hinc forte sibi plaudant, quasi episcopi mariti gesserint ministerium. Sufficit enim s. Paulini nolani episcopi exemplum, apud quem vivebat quidem uxor Therasia, ut ex Paulini Augustinique epistulis constat; sed iam *de coniuge facta soror*, ut ait Idatius in chronico ad Honorii annum XXX. — A. M.

(2) Hactenus legitur in Marinii schedis (collect. ms. T. I. p. 18. n. 5); reliqui XV. versus apud eum desunt; neque defectum sensit ipse Marinius qui notam numeralem in schedae fundo adscripsit. Ego vero mendum non subodoratus, mutilam inscriptionem edideram, scholiis etiam Marinii hoc loco alibique omissis, quia sic brevitati consulendum antea putaveram. Mox ubi typis impressam a me inscriptionem cum lapide contuli, equidem cohorrui tanto defectu agnito; coepique de schedis Marinii, viri licet summi et diligentissimi, subdubitare, nisi proprio monumentorum intuitu certior fierem. Hoc igitur errore edoctus curavi urbana monumenta laboriosius invisere ac lectitare; quaterniones in libro meo complures refeci; menda multa purgavi; editionem accuratiorem instruxi. Ceteroquin ultro fateor tantas esse suscepti operis difficultates, tantum temporis dispendium, tantum laboris discursationisque urbanae taedium, tantam denique librorum inspiciendorum multitudinem, ut absolutam numeris omnibus editionem praestare non possim. — A. M.

(3) Ita reapse ego comperi. At in scheda Marinii *laeva* dicitur. — A. M.

(4) Ita pro *quorum*. Ut *cotidie* pro *quotidie*.—A. M.

(5) S. Gregorius magnus Brunichildae reginae Franc. misit beneficia (id est corpora) ss. hominum. Vide comment. de rosa aurea Pontif. don. — Mr.

(6) Ita est pro *sanctaeque*.

Sci· Michael· et· Gabriel· archangeli·
Sci· Petri· scti· Pauli. sci· Andreae·
Sci· Iaccobi· sci· Iohanni· sci· Thomae·
Sci Iaccobi· sci· Philippi· sci· Bartholomei·
Sci· Matthei· sci· Simonis· sci· Thaddei·
Sci· Iohanni· Baptistae· sci· Selbestri·
Sci· Stephani· sci· Zini· sci· Laurenti· (1)
Sci· Cesarii· sci· Nicandri· sci· Celsi·
Sci· Eupli· sci· Petri. sci· Marcellini·
Sci· Balentini· sci· Donati· sci· Nicolai·
Sci· Pancratii· sci· Anastasii· sci. Iuda.
Sci· Theodori· sci· Georgii· sci· Christophori·
Sci· Alexandri· sci· Erasmi· sci· Thothaelii·
Sci· Abbaquiri· sci· Iohanni· sci· Dometii· (2)
Sci· Procopii· sci·˝Pantaleoni· sci· Nicasi·
Sci· Cosmae· sci· Damiani· sci· Anthimi·
Sci· Leontii· sci· Euprepii· sci· Antipae·
Sca· Anna· sca· Elisabet· sca· Euphumia·
Sca· Sophia· sca· Thecla· sca· Petronella·
Sca· Theodotae· sca· Theopisti· sca· Aurea·
Sca· Athanasia· sca· Teoctisti· sca· Eudoxia·
✝ Est· enim· dedicatio· ecclesiae· istius·
At· nomen· beati· Pauli· apostoli· calen·
iunias· per· indictione· octaba· anno·
ab· initio· mundi· sex· milia· ducentos·
sic sexxaginta· tres· temporibus· domni·
Stephani· innioris· papae· Theodotus·
holim· dux· nunc· primicerius· scae· sedis·
apostolicae· et· pater· uius· Ben· diac· a· solo·
edificavit· pro· intercessionem· animae· suae·
et· remedium. omnium· peccatorum· (3)

I
ɛ

In nomine Dni amen· Istae sunt reliquiae eccliae sci
Ioannis de pede mercati. Videlicet in altari maiori
beati Nicolai episcopi sunt reliquiae sequentes·
De ligno crucis dni nri Iesu XPI.

(1) Ita est in lapide, non *Laurentii*, ut in scheda Marinii. — A. M.

(2) Ita rursus est in lapide, non *Domitii* ut in scheda Marinii. — A. M.

(3) Turrigius p. 540; Borgia mem. Benev. T. I. p. 192; Laderchius de inv. corp. s. Getulii p. 31; Gallett. Gabio p. 32; Primicer. p. 52; inscr. R. T. I. p. 13. Confer mus. ital. Mabill. T. II. p. XVII. — Mr.

De lapide sepulchri dni nri Iesu xpi·
De velo beatae virginis Mariae·
De brachio beati Nicolai confessoris·
De manu sancti Andreae apostoli·
De reliquiis sancti Iacobi apostoli·
De lapide sancti Stephani protomartiris·
De reliquiis trium puerorum·
De reliquiis ss. Prothei et Iliacinthi martiris·
De candela quae fuit accensa de igne qui de celo descendit ad sepulchrum dni nri Iesu xpi·
De humo et oleo beati pontificis et confessoris Nicolai de Baro·
De reliquiis quatuor Coronatorum·
De reliquiis ss· martirum Felicissimi et Agapiti·
De reliquiis ss· martirum Marcellini et Petri·
De reliquiis ss· martirum Nerei et Archilei atque Pancratii·
De reliquiis ss. mart· Mauri et Papiae·
De reliquiis s· Sebastiani martiris·
De reliquiis sancti Exsuperantii martiris·
De reliquiis sancti Dionisii martiris·
De reliquiis Herencii martiris·
De reliquiis sancti Hermetis martiris·
De reliquiis sancti Vitalis martiris·
De reliquiis sancti Henstachii martiris·
De reliquiis sancti Maximi mart.
De reliquiis sancti Restituti mart·
De reliquiis sancti Andreae apostoli·
De reliquiis sancti Sabriciani mart·
De reliquiis sancti Marcelli papae et mart·
De reliquiis sancti Silvestri papae·
De reliquiis sancti Sisti papae et mart·
De reliquiis Bonifatii papae·
De reliquiis sancti Iustini presbyteri·
De reliquiis sanctae Mariae Magdalenae·
De reliquiis sanctae Potentianae virginis·
De reliquiis sanctae Praxedis virginis·
De reliquiis sanctae Susannae virginis·
De reliquiis scae Scolasticae virginis·
De reliquiis sanctae Roffinae virginis et mart·
De reliquiis sanctae Secundae virginis et mart·
De reliquiis sanctae Petronillae virginis·

De reliquiis sanctae Luciae virginis·
De reliquiis sanctae Marthae·
De reliquiis sanctae Prescae virg· et mart·
De reliquiis sanctae Quiriacae viduae·
De reliquiis sancti Valinani mart·

Et reconditae sunt supradictae reliquiae per manus archiepi Leonardi de Sardinea de mense decembris die sexto indictione quarta natis dni nri ab incarnatione Iesu xpi millesimo· (1)

1

Modoctiae·

In hac cruce condite sunt reliquie iste· Lignum Domini·
Reliquie sci Stephani protomart· Reliquie sci Anastasii sacerdotis·
Reliquie sce Verene virg· Reliquie sci· Lucani mart·
De cilicio sci Augendi eximii confessoris xpi·
De vestimento sci Lendegarii mart· et episcopi viennensis· (2)

2

Veronae in confessione s. Proculi.

Hic cito consenui; iam me precedet longior aetas †
vivamque diu meliori-
bus annis· Proculi epi
corpus, et sanctorum martyrum Cosme et Damiani,
sed et confessores Martini
reliquiae quiescent in pace· (3)

3

Placentiae in s. Sabini.

Conradus
episcopus
in hoc tumulo corpora
ss· Victoris,
Domnini Gelasii, et
Peregrini recondidit
anno Domini
DCCCC XXXXIII· (4)

(1) E schedis presbyteri Terribilinii. In Sardinia autem neminem invenio archiepiscopum Leonardum nisi calaritanum unum saeculi XII, et arborensem alium saeculi XIII et XIV. Mr. — Vide Matthaeium Sardin. sacr. — A. M.

(2) Frisius dissert. III. mem. eccl. Modoët. p. 90. exhibet hanc inscriptionem e vetustissimo codice, in quo est sacramentale s. Gregorii M.; qui codex adservatur in thesauro modoetiensi. Existimat autem Frisius insculptam fuisse epigraphem cruci, quam rex Berengarius eidem ecclesiae donavit saeculo X. ineunte. Ego, inquit Marinius, inscriptionem in praedicti codicis calce observavi, in eaque nonnulla deesse deprehendi, neque ad crucem pertinere iudicavi. — Mr.

(3) Gruterus p. 1058. 3, cui misit Scultetus; Fleetw. p. 460; Ughell. T. V. p. 675. 684; Murat. p. 1929. 6. ex Maffeio Ver. ill. P. I. p. 166. 361. 210, Biancol. eccl. Ver. T. I. p. 7. 327. excus. in ligno; Bolland. mart. T. III. p. 451. 453. et sept. T. VII. p. 444. Mr. — Veram lectionem nos protulimus praesertim ex Biancolino. At illa, quae est apud Gruterum eiusque asseclam Fleetwoodum, a veritate non semel discedit. — A. M.

(4) Ughellus T. II. p. 204. — Mr.

1

Romae in cryptis basilicae vaticanae.

...s· Lucii PP·
*s. Pigm*enii pbi
scr *Chry*santhi· et
*Thraso*nis· s· Caii pi (1)
*Qui*rini· s· Militi·
scr Trophi et Calocer*i*
scr Zefferini· pap· et
Tarsicii· s· Ippoluti
scr· Quiriaci· Largi
Smaragdi et Archelai
s· Gorgonii et aliorn
scr· quor· nom· Ds scit
s· Ianuarii· scr· XXV·
scr· Pamphyli et Pauli
scr· Proiecti et Seder...
scr· Optati et Polycham·
Dionysii PP· s· Nemesii· DC·
scar· Dariae et Hilariae
scar· Memmiae· et Iulianae
scar· Arthemiae Concord·
scar· Sofiae· Pistis· Helpis et
Agapae· sce Conchiliae et
Trifoniae· Sev· Cyrilla
scr· Stephani Silvestr· (2)
. . . .

2

In iisdem cryptis basilicae vaticanae inscriptio translata ex veteri sacello Iohannis VII. P.M. pessimis litteris.

Temporibu*s*
dn· Hadriani
papae hic recun- *sic*
dita sum reliqu*i*-
as sanctor· in
mese· nobebr·
D· XXII· ind·
septima bin
a clusura in
*i*ntegro qpi
Septinia.. (3)

3

Cordubae in paroecia s. Petri ad loculum reliquiarum.

+ Scorum
martyr·
XPI IHU ϕ
Fausti Ia-
nuari et
Martia..
...Zoyli ϕ
...Tacisceli ϕ
...arita...
...ats...
...n... (4)

(1) Male Turrigius legit *papae*. Idem mendose alibi quoque legit interdum. — A. M.

(2) Dionysius crypt. vat. tab. XXXIX; Turrig. p. 18. et 329; Farlat. Illyr. sacr. T. II. p. 553. Mr.— Ego hanc inscriptionem nuper observans, male tinctas reperi litteras duas, ita ut primo intuitu legatur *Arcielai* et *Pamphyii*. Huiusmodi tinctorum lapidariorum sphalmata vidi innumera in romanis inscriptionibus. Supplementa vero litteris inclinatis scripta ex Turrigio sumpsi. — A. M.

Addere curriculis quattuor atque decem;
Condere coepit opus huius venerabilis aulae
Abbas Fulradus nobilitate cluens.
Namque huic Hieronymus, Carolus pater exstitit illi,
Qui propriae specimen gentis ad alta tulit,
Bella gerens, pacemque tuens, qui culmina regni
Ad prolem misit, auxiliante Deo.

In secunda tabella.

Martyris egregii Quintini hic membra quiescunt
Mens haeret Christo cuius in arce poli.
Huius honore pio veteri fundamine templum
Constructum hoc fuerat, constitit atque diu.
Sed dum scissa dares paries fera signa ruinae,
Surgendi causas ad meliora dabas.
Namque piis votis Domino tribuente peregi
Hoc ego Fulradus ut foret istud opus.
Scilicet ut maior studioque operosior omni
A fundamentis surgeret ista domus.
Quam dum quisquis adis Domino tua vota daturus,
Votis me et precibus iungito quaeso tuis.

In tertia tabella.

Haec domus alma Dei est via qua itur ad atria coeli;
Hic patet ecce bonis porta serena poli.
Haec via vita salus; Christus sua templa revisit
Iustorum acceptans munia vota preces.
Hic bene Quintini requiescunt ossa beati,
Qui studuit Dno vita placere suo.
Sanguine qui proprio est mercatus caelica regna,
Atque locum sibimet emit in arce poli.
Cuius martyrium devota mente frequentat
Plebs vivens quaerens et peregrinus opem.
Quos memores nostri Fulradus cernuus opto,
Ut vestri semper sit memor ipse Deus.

1

Romae in ecclesia B. Laurentii martyris.

Laurenti merito flammis vitalibus uste,
Qui fervente fide victor ab igne redis,

Vir dilecte Deo terreno in corpore quondam,
Tunc quoque sidereus iam tibi sensus erat.
Qui potuisti oculos tactu revocare sepultos,
Rursus et in vacua fronte referre diem.
Luminis extinctas iterum accendisse lucernas
Credimus, haec signo te faciente crucis.
Addita nunc etiam populi miracula praestas,
Ut fidei tribuas indubitanter opem.
Dum tua templa novant breviori robore plebis,
Creveruntque trabes, crevit et alma fides.
Stipite contracto tua se mercede tetendit,
Quantum parva prius postea cesa fuit.
Crescere plus meruit succisa securibus arbor,
Et didicit sicca longior esse coma.
Unde recisa fuit, populis fert (1) inde salutem:
Si venit intrepidus, lumina cecus habet.
Tu levita sacer poena purgate fideli,
Unde prius flammas, hinc modo lumen habes.
Visaque temporibus venerandi antistitis acta,
Sed tamen aeterno sunt memoranda die. (2)

1

Romae in arcu ecclesiae S. Laurentii extra moenia opere musivo. Iesus medius globo mundano insidens crucem sinistra tenens, dexteram erigens ad alloquendum vel benedicendum. Adstant divi quorum haec scribuntur nomina, dextra quidem S. PETRUS, SCS LAURENTIUS, *retro autem* PELAGIUS EPS· *Laeva* S. PAULUS, SCS STEPHANUS, SCS YPPOLITUS. *In musivi curva basi haec sunt:*

*Martyrium flammis oli*m levita subisti;
Iure tuis templis lux ben*eranda redit.*

2

Ibidem.

Demovit Dominus tenebras, ut luce creata
His quondam tenebris sic modo fulgor inest.
Augustos aditus venerabile corpus habebat
Huc ubi nunc populum longior aula capit.

(1) Cod. pal. p. 34. *ferit.* p. 435. V. Venant. Fort. T. I. p. 325. — Mr.
(2) Grut. p. 1165. 2. corrigit caecus. Fleetw.

Eruta planities patuit sub monte reciso,
    Estque remota gravi mole ruina minax.
Praesule Pelagio martyr Laurentius olim
    Templa sibi statuit tam pretiosa dari.
Mira fides gladios hostiles inter et iras
    Pontificem meritis haec celebrasse suis.
Tu modo sanctorum cui crescere constat honores,
    Fac sub pace coli templa dicata tibi.

1

Romae in ecclesia s. Laurentii in Damaso.

Quisquis plena Deo mysteria mente riquiris, (1)
    Huc accede, domus religiosa patet.
Haec sunt tecta pio semper devota timori,
    Auditumque Deus commodat (2) hic precibus.
Ergo laetiferos propera conpescere (3) sensus,
    Iam propera sacras laetus adire fores.
Ut transacta quaeas (4) deponere crimina vitae,
    Et quicquid scelerum noxius error habet.
Attica Felicis Magni clarissima coniunx
    Sumptibus hoc propriis aedificavit opus. (5)

2

Inter parietinas aedis s. Laurentii ad titulum s. Eusebii repertum epistylium, et inlatum in museum cardinalis Alex. Albani cum epigraphe.

✝ Auxiliante dno DO ·N· XPO, orante beato Laurentio martyre,
Hilarus archidiac fecit. (6)

3

Romae in s. Marci in abside.

Vasta tholi firmo sistunt fundamine fulcra,
Quae salomoniaco fulgent sub sidere ritu.
Haec tibi proque tuo perfecit praesul honore
Gregorius, Marce, eximio cui nomine quartus.

(1) Ita cod. pal. p. 32.

(2) Schedae Marin. perperam *comodat*. Sed bene cod.

(3) Ita *con* cod. At Mar. *com*.

(4) Ita cod.

(5) Grut. 1164. 13. habet *lethiferos*; Fleetw. p. 363. Vide omnino Sirmond. T. I. p. 1226, Sarazan. ad S. Damas. p. 20, et Merend. p. 230. n. a. — Mr.

(6) Blanchin. praef. ad Anast., et in notis ad T. III. p. 169. Hinc liquet Hilarum, rom. eccl. archidiaconum ac deinde pontificem refecisse S. Laurentii sacellum. — Mr.

Tu quoque posce Deum vivendi tempora longa
Donet, et ad coeli post funus sidera ducat. (1)

1

Ravennae supra valvas monasterii ss. Marci, Marcelli, Feliculaeque.

Inclyta praefulgent sanctorum limina templi
Marci, Marcelli, Feliculaeque simul.
Pontifices hos Roma coepit, haec martyr habetur:
Horum Gregorius dat papa reliquias.
Quas petit antistes meritis animoque Iohannes
Parvula pro summis reddere dona parat.
Oraculum statuit tanta virtute repletus,
Cuius ab auspiciis gratia constat opus.
Qui bis septeno sacri diadematis anno,
Tractatu vigili quo regit ecclesiam,
Hanc quoque regentem verendi culminis arcem
Fixit, et eventum traxit ad arbitrium.
Miranda subito suspendens arte cacumen,
Inflexum reparat parte ab utraque latus.
Additur his meritis felix Smaragdus in aevum,
Cuius in his titulis participatur opus.
Sedit annos XVI. mens. I. dies XIX. (2)

2

In monasterio s. Martini de Castaneda *ord. cisterc. prope pagum Senabriae.*

Hic locus antiquitus Martinus sanctus est honore dicatus, brevi opere instructus diu mansit dirutus, donec Ihoannes abba a Corduva venit, et hic templum litavit· edis ruinam a fundamentis erexit et acte saxe exaravit; non imperialibus iussis, sed fratrum vigilantia instantibus duo et tribus mensibus

(1) Ugon. station. p. 156; Gallett. T. I. p. 281. Marang. res ethn. p. 412; Borgia de cr. velit. p. 126. litteras APT quae sunt in nimbo mystici agni ibidem expressi explicat ἄρτος *panis*. Ugonius habet *patefecit* pro *perfecit*, et v. 6. *coeli post funus funera ducat.* — Mr.

In musivo exprimitur Iesus librum tenens in quo verba *ego sum lux, ego sum vita, ego sum resurrectio*. Adstant divi cum nimbo rotundo et nominibus, laeva quidem Redemptoris. SCS MARCVS PP. SCS AGAPETVS, SCA AGNES. Dextra autem SCS FELICISSIMVS. SCS MARCVS EVANGELISTA, et cum quadrato, (utpote vivens) nimbo, SANCTISSIMVS DN. GREGORIVS PP. In musivi summitate scribitur GREGORIVS PP. Hine et inde in eiusdem musivi parte infima urbs HIERVSALEM, urbs BETALEAM. Interponuntur oves cum agno mystico. — A. M.

(2) De Rubeis H. R. p. 188; Agnell. p. 126; Baron. T. X. p. 596; Venant. Fort. T. I. p. 8; Ughell. T. II. p. 338; annal. camald. T. I. p. 14. — Mr.

peracta sunt haec operibus· Ordonius peragens sceptra
era novies centena novies dena. (1)

1

Romae in s. Martini in montibus.

+ Post obitum dmn· Serg. PP· rdeps ·C· fecit + (2)

2

In duobus lapidibus simul iunctis supra portam ecclesia s. Martini de Ampurias *dioec. Geronensis. Spectat ad annum DCCCCXXVIII.*

Aula iacebat hec longis neglecta ruinis
Nomine Martini dudum sacrata beati.
Cum ter trecentos bis denos ter quoqui inos·
Corporeos IHS annos XPS haberet. ·
Coeperat annis ter quinis indicio volvi,
Bive quater denis Karolus regnabat in annis.
Tunc comes hanc Gaumbertus ovans aeros renovavit.
S. Nerii proles Ermengardis de matre natus.
Septiambris id· pridie fine beato quievit.
Hunc pater et natus parit quoctsalmus
Ignoscat delicta, requiem detque beatam· Am. (3)

3

Turonis in basilica s. Martini, a Perpetuo episcopo constructa, versus inscripti parietibus.

in foribus primae cellae.

Venimus en isthuc, hic nemo personat ehen,
Venimus en isthuc, et crucis arma sileut.
Vere bellator Domini dormit, sonat ehen,
Bellator Domiui desiderandus homo.
Intremus tamen, et fletu precibusque precemur
Sanctorum dominum, Martinique Deum.
Sternamurque loco quem sanctus flendo rigabat,
Auxilium uobis spiritus eius erit.

(1) Morales lib. XVI. 23; los cincos libros p. 235. — Mr.

(2) E schedis barberinianis. Suaresii. Scheda habet SERG. PP . . . . EPISC. O. — Mr.

(3) Exscriptam diligentissime profert Florezius H. S. T. XXVIII. p. 74. 75. 76. atque in prologi eius tomi postumi fine, ubi de hoc lapide, et de comitibus Ampuriae Sunario, seu Suario, et Gaumberto. Legatur *quoque quinos*, *bisque* aut *sive quater*, *Sunerii*, et in penultimo versu *pariter quoque spiritus*. — Mr.

Bellator dormit; tu nos sed protege XPE,
Qui non dormitas protege Israhelem.

In cella alia.

Hic inhabitavit Domini vestigia lambens,
Hic inhabitavit vir crucis arma gerens.
Hic inhabitavit sanctus purusque sacerdos,
Hic inhabitavit corpore corde probus.
Hic inhabitavit scutum cui sancta fides est,
Umbo crucis verbo splendidus atque micans.
Hic inhabitavit felix eremita sub antro,
Hic inhabitavit quem paradisus habet.

In cellula interiore.

Sancte Deus miserere loci quem semper amasti,
Dilige, multiplica, protege, semper ama.
Quando completo pastorem tempore nostrum
Ad loca migrasti lucida sancta bona.
Nos quoque vallata alarum sancte tuarum
Protege, conserva, dilige, semper ama.
Suppliciter petimus dones tribuasque benignus
Ut nosmet sanctus ac simul ille iuvet.

Super locum eius lecti.

Qualia sint isthic bellantis tela frequenter
Vidimus, absentem cum fuit esse virum.
Carbones atros cerneres, horrentia quaeque
Pulveris ut nebulas, squalida cuncta nimis.
Cilicium, subter capiti lapis, et cinis altus,
Exesis membris hic videbare torus.
Sedula namque fuit requies in noete silente,
Pro scamno aut cathedra hic haec quoque sella die.

In basilica a parte orientis.

Ingrediens templum ferto ad sublimia vultum,
Excelsos aditus suscipit alta fides.
Esto humilis sensu sed spe spectare vocantem,
Martinus reserat quas venerare fores.
Haec tuta est turris trepidis, obiecta superbis,
Elata excludens, mitia corda tegens.
Celsior illa tamen quae coeli vexit ad arcem
Martinum, astringens ambitiosa viris.

Unde vocat populus, qui praevius ad bona XTI
Sidereum ingressus sanctificavit iter.

A parte alia.

Intraturi aulam, venerantes limina XTI
Pellite mundanas toto de pectore curas,
Et desideriis animum vacuate profanis.
Votorum compos remeat qui iusta precatur.
Quisquis templa Dei petiturus meute serena
Ingrederis, veniam culpis deposcere seris.
Non animo debes non titubare fide.
Quae petis impetras si puro pectore poscas:
Fides, ut ipse ait, sic tua salus erit.

In introitu a parte occidentis.
Historia evangelicae viduae.

Discat evangelico Xtum sermone fateri
Quisque venit summo vota referre Deo.
Quamvis corde tremens supplex genu cernnus oret,
Si cesset opere nempe fides vacua est.
Lege sub hac pariter locuples pauperque tenetur,
Cui census desit mente probabit opus.
Nec quemquam excuset tenuis atque arta facultas,
Affectu constat gloria non pretio.
Qui tribuit quaecumque opus est, is plurima confert;
Parva licet dederit, maxima quaeque capit.
Inter opum cumulos scimus vel dona potentum
Praelatam viduae pauperis esse fidem.
Mercantem nummis coelorum regna duobus
Sublimem vexit iustus in astra pater.
Non quae multa dedit, sed quae sibi nulla reliquit
Laudari meruit iudicis ore Dei.

A parte Ligeris super ostium.

Discipulis praecipiente Dno in mari navigantibus, ventis flantibus, fluctibus excitatis, Dominus super mare pedibus ambulabat, et sancto Petro mergenti manum porrigit, et ipse de periculo liberatur.

Item.

Sanctissima Xti ecclesia quae est mater omnium ecclesiarum, quam fundaverunt apostoli, in qua descendit spiritus Deus super apostolos in specie ignis linguarum;

in ea positus est thronus Iacobi apostoli, et columna, in qua verberatus est Xtus.

Quisque solo adclinis mersisti in pulvere vultum,
Humidaque illisae pressisti lumina terrae,
Attollens oculos trepido miracula visa
Concipe, et eximio caussam committe patrono.
Nulla potest tantas complecti pagina vires,
Quamquam ipsa his titulis caementa et saxa notentur:
Terrenum non claudit opus quod regia coeli
Suscipit, et rutilis inscribunt sidera gemmis.
Martini si quaeris opem, trans astra resurgens
Scande polum, angelicum scrutatus in aethera coetum.
Illic coniunctum Domino perquire patronum,
Sectantem aeterni semper vestigia regis.
Si dubitas, ingesta oculis miracula cerne,
Queis famuli meritum verus salvator honorat.
Accedis reliquis inter tot millia testis,
Dum narranda vides, sollers et visa retexis,
In sanctis quidquid signavit pagina libris,
Instaurante Deo, quo sancti munere gaudent,
Coecus, claudus, inops, furiosus, et anxius, aeger,
Debilis, oppressus, captivus, moestus, egenus.
Omnis apostolicis gaudet curatio signis.
Qui flens adfuerit laetus redit, omnia cedunt
Nubila, quod meritum turbat, medicina serenat.
Expete praesidium, non frustra haec limina pulsas,
In cunctum pergit pietas tam prodiga mundum.

Item super arcum absidis altaris.

Quam metuendus est locus iste! vere templum
Dei est et porta coeli.

Item circa tumulum ab uno latere.

Hic conditus est sanctae memoriae Martinus episcopus,
cuius anima in manu Dei est; sed hic totus est
praesens, manifestus omni gratia virtutum.

Item in alio latere.

Certamen bonum certavit, cursum consumavit,
fidem servavit, de cetero reposita est illi corona
iustitiae, quam reddet illi Dnus in illa die iustus iudex.

Item desuper.

Confessor meritis, martyr cruce, apostolus actu
Martinus coelo praeminet, hic tumulo.
Sit memor, et miserae purgans peccamina vitae,
Occultet meritis crimina nostra suis.

Item in abside.

Martini corpus totis venerabile terris,
In quo post vitae tempora vivit honor.
Texerat hic primum plebeio machina cultu,
Quae confessori non erat aequa suo.
Nec desistebat cives onerare pudore
Gloria magna viri, gratia parva loci.
Antistes sed qui numeratur sextus ab ipso
Longam Perpetuus sustulit invidiam.
Internum removens modici penetrale sacelli,
Amplaque tecta levans exteriore domo.
Creveruntque simul, valido tribuente patrono,
In spatiis aedes, conditor in meritis.
Quae salomoniaco potis est confligere templo,
Septima quae mundo fabrica mira fuit.
Nam gemmis, auro, argento si splenduit illud,
Istud transgreditur cuncta metalla fide.
Livor abi mordax, absolvanturque priores,
Nil novet aut addat garrula posteritas.
Dumque venit Xtus, populos qui suscitet omnes,
Perpetuo durent culmina Perpetui.

Depositio S. Martini III. idus novembris, pausavit in pace nocte media.

In memoria secus ramum.

Quinque beatorum retinet domus ista coronas,
Quorum si titulum relegas, et nomina noscas,
In coelis quae scripta manent semperque manebunt.
Hic ovat ex utero sanctus Baptista Iohannes,
hic Felix, Victorque pii, Gervasius almus,
Protasiusque sancti sunt hic per saecula testes.
Qui veram docuere fidem cruce, sanguine, morte,
Iuncti quinque simul digiti de corpore Xti
Efficiunt celsam magno certamine palmam,
Perpetuis dignisque Deo quam floribus ornant.

Eusebii sibi sancta fides, si Christo dedita mens est,
Pontificis sacri meritorum et mole pereunis.
Hic studiose potes Martini discere lector,
Ortum, militiam, natales, gesta, parentes,
Doctrinam, mores, praeconia, bella, triumphos
Supplicia, patriam, discrimina, dicta, labores,
Praemia, virtutes, aevum, praeconia, laudes.

Basilica s. Martini abest a civitate passus quingentos fere et quinquaginta. Habet in longum pedes CLX, in lato pedes LX, habet in alto usque ad cameram pedes XLV, fenestras in altario XXXII, columnas XL, in toto aedificio fenestras LXXII, columnas CXX, ostia VIII, tria in altariis, quinque in corpore.

Item solemnitates basilicae s. Martini.

III· idus Novembris depositionem s. Martini esse noveris· XI· die mensis missam celabrabis· IV· nonas iulias ordinationem episcopatus, translationem corporis, dedicationem basilicae esse cognosces. Quarta die ipsius mensis missam devotissime celebrabis. Hoc si feceris, et in praesenti saeculo et in futuro patrocinia illius promerebis. Lege ut credas, crede ut vivas in aeternum. (1)

1

Vindonissae in Helvetiis, in parochiali s. Martini.

In honore sci
Martini ecpi
Ursinos eb-
escubus it de
Tibaldus· ✝ Lin-
culfus ficit. (2)

2

Mediolani in abside basilicae ambrosianae opere musivo.

IGAGOBAGHAEVTIG

ΑΩ ΞΗ

(1) Hieronym. de Prato in append. ad T. I. Sulpicii Severi p. 587. 6. ponit hos versus ex codice bevilacquco sumptos. P. Pellegrinus misit ad me varias horum versuum lectiones aliquot, quas suis locis inserui, ex codice zeniano. — Mr.

(2) Gerbert. Iter. germanic. p. 20.

X		X
O AP.	*Sedet in throno Christus servator apertum librum manu tenens in quo verba.*	O AP.
MI		ΓΑΒΡΙ
XA		HA
IHA		

EGO SUM
LUX MUNDI

Toronica — Mediolanium

B. S. Martinus — S. Ambrosius
eccla Faustae.
Protasius — Gervasius
S. Marcellina — Satirus. S. Candida. (1)

Martinus moritur, sed vitae dona meretur.
Tristatur mundus, adiubilatque polus.
Mors tua digna bono fertur celebrata patrono,
Spiritus Ambrosii dum famulatur ibi.

1
Clusii in s. Mustiolae.

✝ Ego Hanastasius diac· obtuli
✝ martire XPI.

Hic dilecta Deo recubans Mustiola quiescit
Clara parentatum clarior et merito.
Deo gratias.

Ibidem in impluvio.

✝ Sparge rosas lector et lilia candida pone,
et rite sacrum sic benerare locum.

Virtutum gemmis et morum flore venusta
Hanc imitare velis, si bonus esse cupis. (2)

2
Ibidem.

C ✝ XPE fabe votis Gregorio et Austreconde docis
L Quod Mustiole optulerunt martire XPI
V Hoc tegmen ciburii sublata betustas
S Que meliore cultu noviliore redit.
I Cedat novitati diruti antiquitas ligni,

(1) Puricell. ambr. basil. monum. p. 88. 112. 150. 134. 114; Murat. T. III. AA. M. AE. p. 693; Sylin. T. I. p. 192. 195. — Mr.

(2) Hi sunt versus S. Eugenii III. episcopi toletani, extantque in T. I. PP. tolet. p. 28. — Mr.

O Pulcrius ecce micat nitenti marmoris decus
D Domus Mustiole meritu benerandaque fedis
I Roseis virgineis crocis amore paratus.
C Novilior prosapia qui et de Claudii prolem:
I Cuius aule moenia a fundamentis dicavit
T Gregorius armipotens et robustissimus D̄o. (1)

1

Ibidem in altera tabula ad sacrarium

Nobilis vasta nitens rediviva an fabrica templi ò
Regia progenies ornarunt culmina pulchre ó
Fulgidus vita pius Gregorius aptus ubique ó
Hoc opus patrarunt Liusprandi tempore regis ó
Tramites ut recto Arcadi pollet in altò ó
Mustiola praeveat tu post gaudia illis ó
Celsus ubique suis concedat prospera votis ó
Mox dabitur placide si non dubitarit oberrans ò
Martyra Sisebuti sis memor alma miselli ò
XPE fabe votis Gregorio et Austreconde docis ò
Quod Mustiole optulerunt martyre (2) XPI ò
Hoc tegmen ciburii sublata betustas ò
Que meliore cultu noviliore redit ò
Cedat novitati diruti antiquitas ligni ó
Pulchrius ecce micat nitenti marmore decus ó
Quod cucumen culmenis faciendum curavit ó
O Mustiole meritum veneravili pollet ó
Roseis virgineum croces amore paratum ó
Cuius aule moenia a fundamentis dicavit ó
Pristina sublata innovavit potestas ó
ò Temporibus D. N. Liutprandi catholico regis
ò Exactis tribus lustribus et aristis duobus
ò Arcadi praeoli tempore restituta est aula
ó Multa per innomerus complexa modico vorsu
ó Gregorio cristicole complevit iussa mon̄.

2

Mediolani in ecclesia s. Nazarii.

Condidit Ambrosius templum Dominoque sacravit
Nomine apostolico, munere, reliquiis.

(1) Muratorius p. 1882. 1; Gorius T. II. p. 422. n. 46. 47; Lupus p. 182; iter duorum Benedictinorum p. 292.

(2) Ergo recte ego p. 116. n. 3. *tyre* explicabam *mertyri*, adversus improbabilem Muratorii sententiam.

Forma crucis templum est, templum victoria XPI,
Sacra triumphalis signat imago locum.
In capite est templi vitae Nazarius almae,
Et sublime solum martyris exuviis.
Crux ubi sacratum caput extulit orbe reflexo,
Hoc caput est templo Nazarioque domus.
Qui fovet aeternam victor pietate quietem,
Crux cui palma fuit, crux etiam sinus est. (1)

1

Ravennae in atrio sacelli ss. Nazarii et Celsi tessellis argenteis.

Ardua consurgunt venerando culmine templa
Nomine Vitalis sanctificata Deo.
Gervasiusque tenet simul hanc Protasius arcem,
Quos genus atque fides templaque consociant.
His genitor natis fugiens contagia mundi
Exemplum fidei martyriique fuit.
Tradidit hanc primum Iuliano Ecclesius arcem.
Qui sibi commissum mira peregit opus.
Hoc quoque perpetua mandavit lege tenendum
His nulli liceat condere membra locis.
Sed quod pontificum constant monumenta priorum
Fas sibi sit tantum ponere sed similes. (2)

2

Romae in s. Pancratii in absida.

Ob insigne meritum et singulare beati Pancratii martyris beneficium, basilicam vetustate confectam extra corpus martyris neglectu antiquitatis extructam, Honorius episcopus Dei famulus abrasa vetustatis mole ruinaq. minante a fondamentis noviter plebi Dei, construxit et corpus martyris, quod ex obliquo aulae iacebat altari insignibus ornato metallis loco proprio collocavit. (3)

(1) Grut. p. 1167. 1. ex cod. pal. (p. 41.) Fleetw. p. 360; Oltrocch. p. 68, Bolland. T. VII. iun. p. 507; Puccinel. zodiac. p. 308; Sirmond. ad Ennod. p. 87; Mur. T. IV. S. R. I. p. 63; Bugat. S. Cels. p. 11; Allegrantia p. 40. — Mr. Schedae Marinii ultimum verbum habent *erit*; sed in cod. pal. *est*. — A. M.

(2) Bolland. T. VI. iul. p. 443, et T. III. iul. p. 295; Rubeus H. R. p. 160. et T. III. iul. p. 295. Agnell. P. II. p. 50; Ciampin. T. II. p. 74. Vide Zirardin. papyr. p. 922. — Mr.

(3) Mabill. analect T. IV. p. 490. n. 26. ex cod. einsild. saec. X. et in fol. p. 359. habet *neglecti antiquitatis*; sed in marg. scribit *antiquitus*. Vide Ciampin. T. I. p. 204; Olduin ad Ciaccon. T. I. p. 441; Gregor. turon. op. ed. Ruin. p. 1307; Mur. p. 1886 4; Marang. res ethn. p. 409; Ugon. station. ubi de eccl. S. Pancrat. Vide Anastas. de Honorio I. — Mr.

1

Treviris in basilica s. Paulini in crypta musivo opere.

P
A Quam bene pontifici dux patriciusque cohaerent ! N
U Gallica Palmacius, thebaea dat agmina Tyrsus. U
L Ducit uterque suos, et ducit utrumque sacerdos. (1) S
I

2

Regii Lepidi in pariete cathedralis ecclesiae.

Teuzo praesentem fundavit episcopus aedem
Ad decus et sancti instituit Prosperi.
Cuius ad hanc semper veneranda transtulit ossa
Cum papa quinto nomine Gregorio,
Forte Ticinensem qui tunc pergebat ad urbem
Concilii sacri causam habiturus ibi.
Pontificem . . . multaque turba secuta
Suscepit Teuzo quos pater hospitio.
Venerat antistes iunior et ipse Ioannes
Sede Ravennali dexter abiturus ibi.
Cum quibus a dicto primo Teuzone rogatus
Hoc per se templum reddidit ipse sacrum.
Tot simul ac tantis domus sacrata patronis
Corpus est positum hic Prosper alme tuum.
Cum quo Venerii simul ossa levata beati
Huius in ecclesiae condita sunt latere.
Sunt háec dante Deo dum tertius imperat Otho
Atque kalendarum facta nova februi. (2)

3

Romae in ecclesia ss. quatuor Coronatorum lapis repertus initio saec. XVII. in capsula plumbea.

+ Ego· Leo· feci· + (3)

5

In lapidea tabula, alta p. m. pedes III, lata IIII, in ecclesia plebis s. Mariae novellae in Chianti, *in regione, quae* Volpaia *dicitur, iuxta castellum Raddae XX. a Florentia lapide.*

+ De donis D̅i̅ et beati Quirici
Ego Iohan· indig· pprb· fieri rogavi (4)

(1) Brovver. annal. trevir. T. I. p. 242. ad an. 358; Bolland. T. VI. aug. p. 672. — Mr.
(2) Ughell. T. I. p. 270. — Mr.
(3) Oldoin. ad Ciaccon. T. I. p. 618. sub Leone IV. — Mr.
(4) Gorius T. II. p. 489. n. 80.

1

Romae in s. Pudentianae in musivo absidis exhibente Christum D. N in medio apostolorum sedentem, tenentemque dextra librum inscriptum

Dominus conservator ecclesiae Pudentianae.

Item sanctum virum nescio quem ibidem sedentem cum ovicula hinc et inde, aliasque imagines cum epigraphe.

Maximus fecit cum suis.

Sub arcu absidis ex opere pariter vermiculato.

·HRDS·

In scabellis, quibus pedes ss. apostolorum Pauli et Petri innituntur.

S. Paulus S. Petrus

2

Ibidem in tribus tabulis ingentibus, quarum una nunc longe ab altera distat, maximis litteris.

Salvo Siricio episcopo
Ecclesiae sanctae
Tilicio Leopardo. (1)

3

Romae in limine supero forium ecclesiae s. Priscae.

Haec domus est Aquilae seu Priscae martyris almae
Quas saepe Paule tuo ve . . . .
Hic Petre divini tribuebas fercula cibi,
Saepius hoc templo sacrificasse. . . . . (2)

4

Olim in coemeterio Basiliae via salaria.

Martyrib· scis Proto pariterq· Hiacyntho
Symmachus hoc parvo beneratus honore patronos
Exornabit opus; sub quo pia corpora rursus
Condidit. His aevo laus sit perennis in oni. (3)

(1) Ugon. stat. p. 163; Brutius T. XVIII. p. 407. et T. VIII. p. 123; Blanchin. praef. ad Anast. T. I; Fontanin. de disc. p. 27; Baron. ad an. 390. n. 42. — Mr.

(2) Ex cod. ms abbatis Terribilini. Fortasse spectat ad Calliati III. aetatem, quo tempore ecclesia haec instaurata fuit atque ornata. — Mr.

(3) E schedis Ursini Petrus Polydorus dedit V. Mamach. T. II. p. 237 — Mr.

1

Romae in s. Praxedis in epistylio oratorii s. Zenonis constructi a Paschale PP. I.

✝ Paschalis praesulis opus decor fulgit in aula ❦
Quod pia optulit vota studuit reddere $\overline{\text{Do}}$ Paschalis. ❦ (1)

2

Ibidem in zophoro.

Inlustris ex primicer· notarior sacri pal·
Squaloribus porticum a fundament· (2)

3

Ibidem in abside ex opere vermiculato..

Emicat aula pia variis decorata metallis
Praxedis Domino super aethra placentis honore
Pontificis summi studio Paschalis alumni
Sedis apostolicae, passim qui corpora condens
Plurima sanctorum subter haec moenia ponit
Fretus ut his limen mereatur adire polorum. (3)

4

Lugduni in fronte ecclesiae s. Romani.

Templi factores fuerant Fredaldus et uxor
Marturis egregii quod constat honore Romani
Illius ut $\overline{\text{PC}}$ bequeantur (sic) sede perenne. . . . (4)

5

Asculi in sacrario ecclesiae principis.

Hic iacet humatus in terris amic. . . . s
Regi aeterne Augustinus sess· cum ienit
suos pro XP . . . . ae coronatus cui

(1) Ciampinius T. II. tab. 48. p. 150; Baron. T. XIII. p. 608; Brutius T. XVIII. p. 518; Gallet. T. I. p. 20; Oldoin. ad Ciaccon. T. I. p. 584; Marang. res ethn. p. 411; Severan. hist. p. 680; Panvinius de VII. urbis eccl. p. 261. habet *decore obtulit domino.* Ciacconius *decora fulget* et *quae pia obtulit.* — Mr.

(2) E scheda Suaresii.

(3) Flectw. p. 404. V. D Colonia hist. litt urbis Lugduni T. I. p. 297. — Mr.

(4) Ciampin. T. II. tab. 47. p. 149. habet *moenia condens.* Vide Ugon. stat. p. 298; Severan. hist. p. 680; Panvin. de VII. U. E. p. 258; Gallet. T. I. p. 20; Venant. Fort. T. I. p. 346; Baron. T. XIII. p. 608. — Mr.

P. P. corpus Cliel . . . episcopus ex dibersis
A. moris hac pictor . . . circumdedit
decoris in qua modo propter angelorum
decoris consortes animae bona illi qui pro
XPI amore suo antro circumfluxit honorem. (1)

1

Romae in s. Sebastiani via appia.

Temporibus sancti Innocentii
episcopi Proclinus
et Ursus presbb.
tituli Byzantis
sancto martyri
Sebastiano ex voto fecerunt. (2)

2

Romae in s. Sabinae opere musivo.

Hic mulier stans. Ecclesia ex circumcisione.

Culmen apostolicum cum Caelestinus haberet
Primus et in toto fulgeret episcopus orbe,
Haec quae miraris fundavit presbyter urbis
Illyrica de gente Petrus vir nomine tanto
Dignus ab exortu Christi nutritus in aula;
Pauperib. locuples sibi panper, qui bona vitae
Praesentis fugiens meruit sperare futuram.

Hic mulier altera stans. Ecclesia ex gentibus. (3)

3

Ravennae in B. Severi testudine.

Multorum lucens divino fabrica cultu
Esse sacerdotem se manifestat opus.
Coeperat egregius hoc Petrus condere pastor,
In quo nescit eum mors retinere virum.
Sed quae tecta senex nec dum perfecta reliquit,
Romae vir natus hocce peregit opus.

(1) Ughell. T. I. p. 442. qui ponit episcopum *Cliel* (cuius nominis nescitur terminatio ante Filerum qui erat episcopus anno 925. — Mr.

(2) Reines. class. XX. n. 155; Bos. p. 177; Arring. T. I. p. 273; Fleetw. p. 460; Muratorius p. 1929. 4. dat e schedis Cyriaci apud Stoschium, refertque ad tempora Innocentii I. papae. In concilio rom. sub Symmacho nominatur *Asellus presbyter tituli Vizantis.* — Mr.

(3) Ciampin. T. I. tab. 48. p. 186. 187; Grut. 1174. 10; Vignol. lib. pont. T. I. p. 146; Gallet. T. I. p. 3. T. III. p. 455; Fleetw. p. 465; Bonarot. vitr. p. 48; Raban. T. VI. p. 216; PP. tolet. T. I. p. 75. aliique, quos erudite recenset Marinius.

Successor prudens Petri pastorque Iohannes,
    Qui quod inest tanto tulit honore decus.
Ipse pater populi veniens romanus ab urbe
    Digna suis meritis haec monumenta dedit.
Haec est prisca domus sancto renovata Severo,
Cuius honore Deo psalluntur cantica vero.
Quingentis Domini sub denis septies annis
Amplius his quinque bone lector in ordine iunge
Virginis a partu quae peperit absque reatu,
Imperium retinente secundo Iustiniano
Annis undenis regnando vivus in orbe. (1)

1

Sublaquei in atrio ecclesiae s. Scholasticae in marmore, in quo duo cervi bibentes de calice. Secunda inscriptio legitur in pectore cervi, qui dextrum locum tenet.

. . . *taberna*culum quintanas et fenestras cum pabimento quo
. . . iutor· qui pro amore Di et beati Benedicti abbati
qui in hunc locum magnum certamen habuit.

+ Edifi-
catio n-
ius ecle
sce Scolas-
tice
tempore
domni Be-
nedicti VII.
PP. ab ipso
PPa. dedicata
QD. S. an. ab in-
carnatione
Dni CCCCCCC.
CCLXXXI. M.
decb. D. IIII indictione
VIII. ID. (2)

(1) Ughel. T. II. p. 388; Amades. T. I. p. 164; Agnel. p. 116; Rubeus p. 178; annal. camald. T. I. p. 147. — Mr.

(2) Accepit a Galletto Marinius.

1

Romae in subterraneo sacelli ss. Silvestri et Martini.

Fracta vetusta nimis solisque relicta ruinis,
Ne Silvestri obeat noctis amica domus;
Presbyter hanc renovat sacrumque altare vetustum
Reparat; hincque Dei praesulis hincque decus. (1)

2

In abside opere musivo.

Sergius hanc coepit praesul quam cernitis aulam,
Cui moriens nullum potuit conferre decorem ☙
Sed mox papa Leo quartus dum culmina sumpsit
Romanae sedis divino tactus amore
Perfecit sollers melius quam ante manebat,
Atque pia totam pictura ornavit honeste.
Coenobiumque sacrum statuit monachosque locavit ☙
Qui DNO assiduas valeant persolvere laudes.
Talibus ut donis caelestia scandere possit
Regna, quibus Martinus ovans Silvester et almus ☙
Praefulgent gaudentque simul cum praesule XPO,
Quorum pro meritis haec templa dicata coruscant. (2)

3

Romae in navi media ecclesiae s. Bibianae.

✝ Ad honorem S. Simplicii ego
Eufrosina hum. abb. hoc
opus fieri iussi. (3)

4

Romae in s. Stephano.

Exquirens pietas tectum decorare sacratum
Pastoris summi Theodori corda direxit,
Qui studio magno sanctorum corpora cultu
Hoc dedicavit, non patris neglecta reliquit. (4)

(1) Philippinius de ecclesia S. Silvestri M. p. 8; Flectw. p. 488. — Mr.

(2) Baron. T. XIV. p. 341; Oldoin. ad Ciaccon. T. I. p. 609-619; Hugon. stat. p. 254; Brutius T. XVIII. p. 360. — Mr.

(3) Bosius p. 585. — Mr.

(4) Grut. 1164. 18. ex cod. pal. (p. 33.) in quo legitur *corde merexit*; Flectw. p. 497; Baron. T. XI. p. 397; Ciaccon. T. I. p. 452. V. Bolland. T. VII. iun. p. 45. n. 9. ad epitaphium Theodori I. — Mr.

1

In s. Stephani in monte Caelio.

Opus quod basilicae beati martyris Stephani
defuit, a Iohanne epo marmoribus inchoatum,
iuvante dno Felix papa addito musivo splendore
sanctae plebi Dei perfecit. (1)

2

Romae in s. Stephani rotundi opere musivo.

SCS· Primus.	*Manus, clypeus, in quo aeternus pater, crux.*	SCS· Felicianus.
Imago s. Primi.		*Imago s. Feliciani.*

† Aspicis auratum caelesti culmine tectum
Astriferumque micans praeclaro lumine fultum· † (2)

3

Dno iuvante Felix eps Dei famulus
forum basilicae beati martyris
Stephani musivo et marmoribus
decoravit. (3)

4

Ravennae in s· Stephani.

In honorem sancti ac beatissimi primi martyris Stephani
servus Christi Maximianus episcopus
hanc basilicam ipso adiuvante a fundamentis
construxit et dedicavit die III. idus
decembr· indict· XIIII. novies
P· C· Basilii iunioris. (4)

5

Ibidem supra arcum testudinis extrinsecus.

Templa micant Stephani meritis et nomine sacra
Qui primus eximium martyris egit opus.

(1) Grut. p. 1164. 17. ex cod. pal. (p. 33); Fleetw. p. 405; Baron. ad an. DXXXI; Ciampin. V. M. T. I. p. 204. T. II. p. 110; Marangon. res ethn. p. 407; Oldoin. T. I. p. 356. — Mr.

(2) Ciampin. T. II. p. 113. tab. 32; Grut. 1164. 19; Baron. ad an. DXXX; Fleetw. p. 524; Oldoin. T. I. p. 356. — Mr. Legi egomet in praedicta loca. In cod. pal. p. 34. legitur *praeclare*. A. M.

(3) Grut. p. 1164. 20. ex cod. pal. (p. 34.) Ciampin. T. II. p. 110. — Mr.

(4) De Rubeis p. 164; Agnell. p. 87; Sanclement. p. 139. 2. — Mr.

Omnibus una datur sacro pro sanguine palma;
    Plus tamen hic fruitur tempore quo prior est.
Ipse fidem votumque tuum nunc magne sacerdos
    Maximiane iuvans hoc opus explicuit.
Nam talem subito fundatis molibus aulam
    Sola manus hominum non poterat facere.
Undecimum fulgens renovat dum luna recursum,
    Et coepta et pulcro condita fine nitet. (1)

1

Ravennae in s. Laurentii in Caesarea litteris aureis.

Stephano Protasio et Gervasio
Beato martyrio et sibi memoriae
Lauricius dedicavit sub die
III. kal. octobr. Theodosio XI.
Et Placido Valentiniano coss. (2)

2

In cavaedio plebis Vogheriae dioeceseos ferrariensis,
in lapide quadrato, qui pro baptisterio olim fuit.

Temporibus domni Enrici regis et tempori-
bus . . . is . . . go eps ego quidem edificabit (sic) istam ec-
clesiam sci Stephani, et ecclesiam sci Gregorii. Omnes qui in hanc
ecclesiam gonbenite (sic), orate pro me misero peccatoris (sic). (3) †

3

In musivo ecclesiae s. Susannae sub abside.

Dudum haec beatae Susannae
martyris aula coangusto et tetro
existens loco marcuerat: quae
dominus Leo tertius papa a funda-
mentis erigens; condens corpus
beatae Felicitatis martyris;

(1) De Rubeis p. 164; Agnell. p. 106. 109; Bolland. T. III. feb. p. 296. — Mr.

(2) De Rubeis p. 61. 94; Agnell. p. 209. 210; Amades. I. p. 117; Mur. p. 402. 6. — Mr.

(3) Provocat ad suam schedam Marinius, quam vel postea non confecit, vel aliqua incuria nobis eripuit.

compte edificans ornabit
atque dedicabit. (1)

1

Lapis repertus ad Teanum Sidicinum.

T. 

✝ Dextera Dñi fe . .
exalta . .
in hunc locum . .
ra sc̄i Terentia . .
Xp̄i ubi tristis . .
tuntur ut ex . .
tui et populi tu . .
in loco isto et ex . .
tui in caelo et . .
ti . .

✝ Suscipe XPE po . .
aula quam fl . .
tibi Maurus ep . .
serborum D̄i v . .
cymbrum orna . . .



DESIGNATO PATRI PA . .
COL. CL. FIRMA TEANUM. (2)

Ibidem ad latus.

In principio erat verbum.

2

Mediolani in ecclesia s. Theclae

Prisca redivivis consurgunt culmina templis.
In formam rediere suam quae flamma cremarat.
Reddidit haec votis XPI qui templa novavit.
Ensebii meritis noxia flamma perit. (3)

(1) E schedis Aleandri in cod. barberin. 3011; in qua visuntur etiam s. Leonis et Caroli imp. imagines ex eodem musivo expressae. Vide et Bolland. T. II. aug. p. 625. Bosius aliique habent *marcuerat quam*. Arringius T. II. p. 101. omisit verba *dudum haec*. Vide etiam Ciampin. V. M. T. II. p. 140; Ugon. stat. p. 193; Ciaccon. T. I. p. 191. 574; Martinell. res ex ethn. p. 311; Alaman. par. later. p. 11; Spon. misc. p. 285. — Mr.

(2) Nov. flor. T. XV. p. 279; Zaccharias hist. litt. T. IX. p. 502; Donatus p. 347. 6. — Mr.

(3) Grut. p. 1166. 7. ex cod. pal. (p. 41): Sirmond. ad Ennod. p. 95. — Mr. Sed male Gruterus *crearat*. Nam codex palatinus habet *cremarat*. — A. M.

1

Romae in in sacello s. Venantii, sive s. Theodori, prope baptisterium lateranense. Superne et inferne in pictura Iesus, adstantibus inter nubes duobus angelis, in terra autem muliere sancta, fortasse Deipara, et compluribus sanctis viris, quorum nomina: Venantius, Iohannes, Hiacynthus, Iohannes Baptista, Domnio, Paulinianus, Telius, Asterius, Anastasius, Maurus, Septimius, Antiochianus, Gaianus.

Martyribus Christi domini pia vota Iohannes
Reddidit antistes, sanctificante Deo.
Ac sacri fontis simili fulgente metallo
Providus instanter hoc copulavit opus.
Quo quisquis gradiens et Christum pronus adorans
Effusasque preces impetrat ille suas. (1)

2

Romae in zophoro epistylii, quod erat in parvo hemicyclo ante oratorium s. Thomae, constructum ab Ioh. XII. situm ad dext. latus meridiem versus basil. lateranensis, linea perpetua.

Hic· locus· olim· sordentis· tumuli· squalore· congestus· sumptu· et te Domino· tanta. ruderum· mole· sublata. quantum· culminis· nunc videtur· ad· offerendum· Christo· Deo· munus· or . . . (2)

3

Mediolani in s. Theclae.

. . . . germine quae decoratur
Praesule Landulfo, per quem reparata paratur
. . . . fieri reparata
Cui non veles immo reveles regna beata . . .
. . . . centeno duplicata
Atque quaterdeno; regimen his sociato . . (3)

(1) Hanc inscriptionem reliquit *ἀσημείωτον* Marinius, ut alibi alias. p. 64. — Mr.

(2) Panvin. de VII. U. E. p. 122; Raspon.

(3) Nov. flor. an. 1754. p. 281. — Mr.

1

Ravennae in Ardica seu porticu B. Vitalis.

B. martyris Vitalis basilicam, mandante
Ecclesio viro beatissimo episcopo, a fundamentis
Iulianus argentarius aedificavit ornavit atque dedicavit.
Consecrante vero reverendissimo
Maximiano episcopo sub die XIV. kal. maii
sexies P· C· Basilii iunioris V· C· ind. X. (1)

2

Ibidem prope s. Vitalem, in lapide cavo et quadrato, qui olim stetit pro foribus basilicae cum aqua lustrali. (2)

Iulianus arge
nt · servus
le si praecib. vestr. basi.
a funda· perfec.

3

Interamnae in pariete basilicae s. Valentini.

An. S. DCCXXVII.
Fecit· porticum· Patritius· et· alii· viri
Castelli· filii· olim· domini· Ramingii
propter· religionis· zelum· hanc· ecclam
et· basilicam· propter· amorem· Dei· et
beati· Valentini· suis (3)

4

Mediolani versus Ennodii inscripti parietibus basilicae s. Xysti constructae ab episcopo Laurentio.

Antistes genio pollens, probitate, pudore,
Ornavit donum meritis, et lumina vitae
Ad pretium ingens operis, haec templa locavit.
Lapsa (4) per incertos non spargit fama recessus;
Sed veteris facti vivit lex aucta per aevum,

(1) Furiettus musiv. p. 74; Ciampin. T. II. p. 63. 66; Agnell. p. 83 107. Muratorius p. 426. 5. putat in quarto versu scriptum *vero* pro *viro*. — Mr.

(2) Lamius nov. flor. an 1750. p. 430; Mur. 1894. 1; Beltram. forast. in Rav. p. 161. — Mr.

(3) Donius cl. XX. 92. In cod. est *fecit*. Sed Donius edidit *facit*. — Mr.

(4) Num *lapsa* referendum est ad *templa*, aliterque interpungendum? — A. M.

Quam dexter capiat Laurenti munera Xystus.
Sic manet officium, quod sanctis contigit olim.
Obtulit hic templum, veniens quod consecrat ille. (1)

1

*

Siricius pia nunc persolvit munera sancti,
Gratia quo maior sit bona martyribus.
Omnipotens Deus hunc conservet tempore multo,
Moenia sanctorum qui nova restituit. (2)

2

In limine ianuae ecclesiae parochialis s. Macarii dioeces. Lucensis.

Tēp . . . niani hēpī
Funso . . . es fecit. (3)

3

Romae in cavaedio fratrum ministr. infirm.

✝ Vandalica rabies hanc ussit *martyris* aulam
Quam Petrus antistis cultu meliore novavi. (4)

4

Innovat antiquum melior pictura decorem,
Sanctorum meritis frons reparata micat.
Pestes bella famem insidias casosque nefandos
Erecta Omnipotens arcet ab urbe manu. (5)

5

In villa de Martos *dioeceseos Tuccitanae, in coemeterio turris coenobii s. Francisci.*

Cepriano episcupo ordinante edificat. (6)

(1) Sirmond. op. T. I. p. 116; Bolland. T. II. aug. p. 125; Oltrocch. p. 242. — Mr.

(2) Ἀδέσποτος et ἀσημείωτος A. M.

(3) Mansius diar. sacr. p. 371, ait olim lectum *tempore Geminiani episcopi Funsa comes fecit*; episcopumque Geminianum fuisse Lucae saeculo sexto. — Mr.

(4) Fabrett. p. 737. n. 477. — Mr.

(5) Grut. 1170. 10. e cod. pal. (p. 57), qui codex reapse habet *casos*, non *casus* ut Gruterus.

(6) Flores. T. XII. hisp. sacr. p. 394. ponit hunc inter episcopos tuccitanos incertae aetatis. — Mr.

1

Olim in arcu cathedralis Fori Iulii.

. . . brand fecit, nec non et Hilprand princip. (1)

2

In vinea collegii hibernici ad castrum Candulphi, in mensa ex marmore candido quadrato et tripedali.

Constantinus haec renovabit. (2)

Huic inscriptioni similis est illa, quae exstat inter Albanum et Bovillas secus Appiam ad limen sacelli nuncupati il romitorio di S. Sebastiano.

. . . stantius posuit.

3

Genevae.

Non meritis precor ut n . .
Praevaleat pietas ru . .
. . t quicumque legit ee . .
. . simque suis praecibus f . .
Adsit almificus victo . .
Perpetuis valeam . .
Ancecisus eram p . .
. . . . sis memor ipse mei. (3)

4

Gortynae in Creta.

† Ἐπὶ Θεοδώρου τοῦ ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου, καὶ Α. Πιλίου
τοῦ περιβλέπτου ἀνθυπάτου εὐτυχῶς ἀνενεώθη
κου . . . ὁ τοῖχος, ὑπάτου Ἀππίωνος τοῦ λαμπροῦ ἰνλουστρίω β. † (4)

5

In via ab Ancyra Smyrnam.

Θεοῦ προνοίᾳ ἐπὶ τοῦ εὐλαβεστάτου
πρωτοπρεσβυτέρου κὲ περιοδεύτου σεϐ.
κτίστου ἐκτίσθη τὸ ἔργον τοῦτο †
κὲ ἐπὶ τοῦ εὐλαβεστάτου διακόνου
κὲ οἰκονόμου Κυριακοῦ † (5)

(1) Bertol. AA. Aquil. p. 441.

(2) Lupius p. 124. 125; Mur. p. 463. 4. — Mr.

(3) Pocochius inscr. p. 79. n. 3. — Mr.

(4) Mur. p. 424. 7; Cornar. Cret. sacr. T. I. p. 144; Montfauc. palaeogr. p. 173. 174; Corsin. p. 32; Pitton de Tournefort. T. I. epist. 2. Confer Maff. art. crit. lap. p. 103; Hagenbuch EE. p. 110; Pococh. p. 67. Theodorus hic subscripsit concilio cpol. an. 536. — Mr. Multa cum varietate recitatur haec inscriptio; ego autem hanc lectionem ex Montfauconio sumpsi, qui epigraphen aere cusam exhibet. — A. M.

(5) Pococh. inscr. p. 66. n. 1. — Mr. Pocochii librum desidero, ideoque sphalmata omnia heic et in seqq. intacta relinquo. — A. M.

1

Antiochiae in ecclesia ab Constantio magni Constantini filio aedificata.

Χριστῷ Κωνστάντιος ἐπήρατον οἶκον ἔτευξεν
Οὐρανίαις ἀψῖσι πανείκελα παμφανόεντα.
Κωνσταντίου ἄνακτος ὑποδρήσοντος ἐφετμαῖς,
Γοργόνιος δὲ κόμης θαλαμηπόλον ἔργον ὕφανε. (1)

2

Bonaurae prope Smyrnam in coemeterio Turcarum in epistylio.

✝ Ὑπὲρ εὐχῆς Γλαῦκος ἐποίησα τὸ περίθοιρον
τῆς ἁγίας τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας· κὲ μνήσον. (2)

3

Corcyrae.

Πίστιν ἔχων βασιλείαν ἐμῶν μενέων συνέριθον
Σοὶ μάκαρ Ὑψίμεδον τόνδ' ἱερὸν ἔκτισα νηὸν,
Ἑλλήνων τεμένη καὶ βωμοὺς ἐξαλαπάξας
Χειρὸς ἀπουτιδάνης Ἰοβιανὸς ἔδνον ἄνακτι. (3)

4

In via qua Ancyram itur.

Ἐκαλλεργήθη ὁ νηὸς τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου
ὑπὸ Ἀετίου πρωτοσπαταρίου κὲ στρατιγοῦ
αμ . . . κετι συμβούλου τοῦ Αμπελμιασιν. (4)

5

Constantinopoli in porticu templi dicti Peribleptos.

Ῥωμανὸς ἐν κυρίῳ τῷ θεῷ πιστὸς
αὐτοκράτωρ βασιλεὺς ῥωμαίων ὁ κτήτωρ. (5)

6

Palmyrae.

Ἐπὶ Σεργίου ἐπισκόπου Εὐηγεν
Μαρωνίου τοῦ χωρεπισκό. (6)

(1) Ioh. Malala chron. P. II. ed Ven. p. 7. Chilmeadus in notis p. 44. v. 1. corrigit ἐπήρατον; v. 2. παμφανόωντα; v. 3. ὑποδρήσσοντος. Idem tum metri causa tum veritatis legendum Κωνσταντῖνος et Κωνσταντίνου iudicat: Constantinus enim ecclesiam illam fundavit, Constantius absolvit. — Mr.

(2) Pococh. inscr. p. 39. n. 2. p 66. n. 3. — Mr.

(3) Mur. p. 1889. 7. — Mr.

(4) Pococh. inscr. p. 66. n. 2. — Mr.

(5) Mur. p. 267. 8. e schedis ambros. — Mr.

(6) Mur. p. 194n. 3. — Mr.

1

Romae in basilica lateranensi.

Θῶμας δεσπότης ῥωμαίων
παλαιόλογος ὁ πορφυρογέννητος. (1)

2

Corcyrae supra fores ecclesiae ss. Sosipatri et Iasonis.

Ὁ φωτολάμπης καὶ περίβλεπτος δόμος
Τῶν σοφωτάτων καὶ θείων ἀποστόλων
Ὁ πρὶν ἀκόσμος ἐν μικρότητι πέλων,
Νῦν περικαλλὴς καὶ περίδοξος ὤφθη.
Κάλλει Στέφανος ὁ κλεινὸς θυηπόλος
Τοῦτον κατεκόσμησεν εὐσεβοφρόνως,
Εἰς λύσιν αὐτοῦ ψυχικῶν ὀφλημάτων,
Μνήμην τ' ἀνεπίλειπτον καὶ βροτῶν κλέος.
Καὶ τόδ' ἔτευξεν ὑπὸ Χριστῷ σωτῆρι
Σοφὸν ἔργον Στέφανος ὁ θυηπόλος
Εἰς λύσιν αὐτοῦ πολλῶν ἀμπλακημάτων.
Ποικιλόμορφον Στεφάνου τοῦ προέδρου
Εὐρὺ πόνημα ναὸν καλλιεργῆσαι
συμπράξε ἀλείπτου ἔργον μνήμης. (2)

3

Romae in basilica vaticana.

+·Dedicatio
domus huius
sce Di genitricis
die XXI· M· marc· (sic) ind· IIII. (3)

4

In ecclesia s. Iohannis de Bonal *in montibus Legionensibus.*

Consecratum est templum ab
episcopis Frunimio Cixila et Fortis
era DCCCCLVIII. IV. idus oct. (4)

(1) Atqui Palaeologi dominati sunt post aevum miliarium, ultra quod spatium videbatur Marinius non excursurus. — A. M.

(2) Spon. misc. p. 373; Lequinius or. ch. T. II. p. 147. — Mr. In Marinii apographo perperam in ultimo versu scribitur σμυρπαξεναν. At Sponius συμπραξε, nimirum pro συμπράξαι. Item in versu 9. Marinius habet τῷ σωτῆρι. — A. M.

(3) Donius cl. XX. 116. — Mr.

(4) Flores. Hisp. sacr. T. XVI. p. 148. — Mr.

1

In coemeterio s. Iohannis aegabrensis, vulgo Cabra, *in Hispania, in ara quadrata.*

+	+	+	+
Ara	Consecrata est	Dedicavit	Fundavit eam
sca	baselica haec	hauc aedem	altissimus
Dni	scae Mariae	D M S	per Eulaliam
	II. kl. iunias	Bacauda	et filium eius
	E· DCXXXVIII.	eps cps.	Paulum monachum.

2

Granatae repertus lapis in parochiali ecclesia s. Mariae.

In· nomine· dni· nostri· IHU· XPI· consacrata
est· eclesia· sci· Stephani· primi· martyris
in· locum· Nativola· a· sco· Paulo· Accitano· ponfc·
. . . an*no*· dni· nostri· Wittirici· regis
er· DCXLV· Itcm· consacrata· est· eclesia
sci· Iohani· martyris· te . . . .
Item· consacrata· est· eclesia· sci· Vincentii
martyris· valentini· a· sco· Lilliolo· accitano· ponfc·
XI· kal· febr· an*no*· gl· dni· Reccaredi· regis
era DC· XXXII·
Hec· sca· tria· tabernaeula· in· gloriam· Trini*tatis* · ·
· · hoperante· scis· edificata· sunt· ab· inl· Gudila
· · um· operarios· vernolos· et· sumptu· proprio . . . (1)

3

Toleti in claustro ecclesiae cathedralis in columella reperta an. 1591.

+ In nomine Dni consecrata eclesia scte Mariae, in catolico die primo idus aprilis, anno feliciter primo regni dni nostri gloriosissimi Fl. Reccaredi regis, era DCXXX. (2)

(1) Flores. T. VII. p. 33. 34. — Mr.

(2) Flores. T. II. p. 25. T. V. p. 215. Hinc idem Floresius contendit aeram hispanicam praecedere vulgari annis 38, non 39; adscribitque lapidem anno 687, quo anno dies dominicus incidit in idus apriles *Catholicum* vero diem dici putat, quia catholice colebatur. Est item in prologo ad palaeogr. hisp. Nazzarri. Iterum Flores. T. XVI. p. 121. — Mr.

1

In Anglia in pariete ecclesiae monast. Girvensis in dioecesi Dunelmensi.

Dedicatio basilicae
S. Pauli VIII. K. maii
anno XVI. Ecfridi reg.
Ceolfridi abb. eiusdemque
ecclesiae, Deo auctore,
conditoris anno IIII. (1)

2

Medinae Sidoniae in columna.

Hic sunt reliquiarum (sic) conditae
. . . Stephani Iuliani Felicis Iusti
Pastoris Fructuosi Augurii
Eulogii Aciscli Romani marturum.
Dedicata haec basilica XVII.
kal. ianuarias, anno II. ponti-
ficatus Pimeni, era DCLXVIII. (2)

3

In ecclesia s. Ambrosii quatuor leucis a Medina Sidonia in columella.

In nomine domini nostri
Iesu Christi . . . sunt re-
l*iquiae* sanctorum *Lamb*erti
Feli . . . Iuliani martyrum.
D . . . T. Iovius b*as*ilicae
subd . . . kal. deccm . . .
anno sex*to* decimo domini
Pimeni episcopi, era DCLXXXII. (3)

4

In s. Mariae de Xeres de los cavalleros *in Hispania.*

IX. Kal. ianuarii era
DLXXXX. dedicata
est haec ecclesia
sanctae Mariae. (4)

5

Romae in palatio Farnesio.

T· I· X· N· ego Damasi-
us· urb· Rome cps· anc (sic)
domum consecravi
N· R· Q· S· M· S· PA· S· PE

(1) Bolland. T. VII. iul. p. 129. — Mr.

(2) Flores. T. VII. p. 186. ex Morales lib. X. cap. 9. Iterumque T. X. p. 57. ubi de Pimenio. Spectat ad an. 630, quo Pimenius Medinae Sidoniae episcopus fuit. — Mr.

(3) Flores. Hisp. sacr. T. II. p. 59. Spectat ad an. 644. V. Morales los cincos libros p. 133. Floresius T. XI. p. 59. exhibet aliam inscriptionem, in qua sermo est de reliquiis et de basilica ab episcopo Pimenio dedicata. Vide item T. X. p. 57. — Mr.

(4) Ex cod. barberin. 1071. Bolland. T. II. aug. p. 144. — Mr.

1

In ecclesia agri vesionensis in abside.

✝ VIII· kl· dec· deco· istius· ecle sci· Martini. (1)

2

Ferrariae in maiore ecclesia.

Haec ecclesia in Dei honorem et apostoli sui Bartholomaei fuit consecrata per me episcopum Viatorem, praesente domino Hugone et Adelberto plebano, anno Domini DCCCLXIIII. idibus aprilis. (2)

3

Nolae in basilica s. Felicis.

✝ Septimo· die· stante· mense· madii ✝ dedicatio· erit· huius· sanctae· ecclesiae. Beatus· Damasus· ·PP· construxit· et· aedificavit· ad· honorem· Di· et beatissimi· Felicis· conf. (3)

4

Fuldae in D. Petri.

Anno Domini DCCCCVIII. indictione XV. dedicatum est hoc oratorium a Reginbaldo corepiscopo, VI. kalend. octobris, in honorem beatorum apostolorum patriarcharum prophetarum martyrum confessorum atque virginum, et S. Felicitatis matris VII. filiorum martyrum S. Concordiae S. Basilic· S. Entropiae S. Candidae S. Emerentianae SS. Aquilae et Priscillae et S. Leobae virginis. (4)

5

In Hispania in moeniis loci dicti Castillo de Baglen.

✝ In nomine Dni Locuberacsi indignus

abba fecit, et duos coros ic (sic) cons-

(1) E Suaresii schedis. — Mr. *deco* intelligatur *dedicatio.* — A. M.

(2) Ughell. T. II. p. 529. — Mr.

(3) Remondin. hist. Nol. T. I. p. 399. — Mr.

(4) Ex codice Donii p. 352. — Mr.

truxit, et sacrate sunt scorum
Di eglesiae pridie idus ma . . . XXVIIII.
quarto regno gloriosi dni· nostri Egicani. (1)

1

Perusiae in porticu coenobii Petriani.

. . Andreas . .
. . atis pres . .
. . II consecr . .
. . onore beate . .
*san*cti Iohannis et sc. . . (2)

2

Patavii in coenobio s. Iustinae supra ostium ambulacri, quod veterem ecclesiam novo templo coniungit.

+ Opilio VC.
et inl. ·P·P· adque
patricius hanc
basilicam vel ora-
torium in honore
scae Iustinae mar-
tyris a fundamentis
coeptam Deo iu-
vante perfe-
+ cit + A Ω

3

Hadriae in Aprutio.

M· C
VI. ind.
aug. dedica . .
ad honorem . . (3)

4

Grabedonae ad lacum Larium in notario ecclesiae s. Nicolai.

Agripinus
famulus XPI
Com. civitatis
eps hoc orat-
orium sctae Ius-
tinae martyris
anno X. ordina-
tionis suae a fon-
damentis fabri-
cavit et sepoltu-
ras ibi ordena-
bit, et in omni
explebit ad glo (*sic*)
+ dicabit. (4)

5

In monasterio s. Petri de montes *Compluti.*

Insigne meritis beatus Fructuosus
postquam complutense condidit
coenobium nomine sancti Petri,

(1) Nov. flor. an. 1753. p. 76.
(2) Vermiliolius T. II. p. 449. — Mr.
(3) Nazzarrus in prologo palaeogr. hisp. post p. XVIII; PP. Maurini diplom. T. II. p. 640. — Mr.
(4) Mur. p. 1824. 1. qui adnotat sic: *Agrippinus iste episcopus comensis circa annum Christi 586. floruisse creditur.* Vide Tass. annal. sac. T. 1. p. 603; Carlium T. XV. p. 261; Bolland. T. III. iun. p. 378. — Mr.

brevi opere in hoc loco fecit oratorium. Post quem non impar meritis Valerius sanctus opere ecclesiae dilatavit. Novissime Gennadius presbyter cum duodecim fratribus restauravit, era DCCCCXXXIII. pontifex effectus, a fundamentis mirifice, ut cernitur, denuo erexit, non oppressione vulgi, sed largitate pretii, et sudore fratrum huius monasterii. Consecratum est hoc templum ab episcopis quatuor Gennadio astoricense, Sabarico duniense, Frunimio legionense, et Dulcidio salmaticense, sub era novies centena decies quina terna et quaterna, nono kal. novemb. (1)

1

In parietibus ecclesiae Besagni dioeceseos tridentinae.

Ad honore Di et sci Zenonis Ioh· pbr· hunc or· edificavi.

+ Ioh pbr aedificator tituli hic optat requiescere tumlo. DS illi donet secum requiem. Felix sit illi mansio. (2)

2

Interamnae in sacello antiquissimo divi Anastasii maioris templi.

+ Lanfranchus marchio fils Q· Arnulphi comitis de civitate Teramnana bo· mem· hoe oratorium marmoreum in honorem sancti Anastasii epi a fundamentis coeptum Deo iuvante perfecit an. Dni DCCCC· XXXV. pro iud. in die XXIII. M· februarii. (3)

(1) Flores. Hisp. sacr. T. XVI. p. 132, ubi de s. Gennadio. Vide et p. 329. Tum Morales lib. XII. cap. 35. et XV. 4; et los cinco libros p. 192. cum hisce varietatibus *sub nomina*, *opus ecclesiae*, *Sabario*, *Frumisio*, *decies quaterna*. Postremam partem habet Floresius T. II. p. 86. ex Morales; spectatque ad annum aerae hisp. 944; adfertorque ab eo ut probet consecrationes ecclesiarum fieri solitas die dominico; super qua re P. Lazzerius in Pantheone. — Mr.

(2) Tartarottas memor. antiq. Roboret. p. 66. qui legit *sanctam requiem*. Muratorius p. 1889. 2. *seu requiem*. Idem existimat pertinere inscriptionem ad medium aevum, quo tempore vocabulum *titulus* designare consuevit templum aliquod, semper fere parochiale — Mr.

(3) Donius cl. XX. n. 108; Mur. 1897. 29. eaius videsis adnotationes. — Mr.

1

Lucae in fronte ecclesiae s. Petri ad vicum.

† De donis Dei et beati Petri apli
ego Ildeprand humilis, una
cum coninge mea Ferilapa,
hanc (sic) oraturium a funat. (sic) construxit. (sic) (1)

2

Romae in basilica lateranensi ad fontem constantinianum in epistyliis columnarum.

☧ Gens sacranda polis hic semine nascitur almo
☧ Quam fecundatis spiritus edit aquis ☧
☧ Mergere peccator sacro purgande fluento
☧ Quem veterem accipiet, proferet unda novum ☧
☧ Nulla renascentum est distantia, quos facit unum ☧
☧ Unus fons, unus spiritus, una fides ☧
☧ Virgineo fetu genetrix ecclesia natos ☧
☧ Quos spirante Deo concipit, amne parit ☧
☧ Insons esse volens, isto mundare lavacro †
☧ Seu patrio premeris crimine seu proprio †
† Fons hic est vitae qui totum diluit orbem ☧
☧ Sumens de Christi vulnere principium ☧
☧ Caelorum regnum sperate hoc fonte renati ☧
Non recipit felix vita semel genitos ☧
☧ Nec numerus quemquam scelerum nec forma suorum
☧ Terreat; hoc natus flumine, sanctus erit. ☧ (2)

3

Ibidem ad fontem.

Ad fontem vitae hoc aditu properate lavandi
Constantis fidei ianua XPS erit.
Hic locus olim sordentis tumuli squalore
congestus, sumptu et studio XPI famuli Hilari
epi, iuvante Domino, tanta ruderum mole

(1) Mur. p. 1888. 1. — Mr.

(2) Rasponius p. 210; Ciaccon. T. I. p. 501; Panvinius de VII. eccl. p. 153. ait hos versus iam exolescentes et vi temporis ferme consumptos, quanta potuit diligentia admotis scalis se exscripsisse. Multi perperam habent *fons hic es vita* et. V. Sarazan. ad Damas. p. 175; Blanchin. ad Anast. T. III. p. 108; Bolland. T. III. mart. p. 717; Severan. p. 496; Baron. T. VII. p. 531. Brut. T. XVIII. p. 280; Ciampin. de sacr. aedif. p. 23. — Mr.

sublata, quantum culminis nunc videtur, ad offerendum XPO Deo munus ornatus atque dedicatus est. (1)

1

Ibidem in paradiso.

Sacri fontis honor labor est meritumque duorum
Pontificum, per quos contulit ista Deus.
Nam quae magnificis coeptis Bonifatius auxit,
Haec Caelestinus compsit ad omne decus. (2)

2

Ibidem.

O quantum Petro largitur Christus honorem!
Ille dedit vitam, reddidit iste mihi.
Solvere qui potuit caelo terraque ligata
Crimina, fonte sacro renovat mortalia membra.
Haec domus est fidei, mentes ubi summa potestas
Liberat, et sancto purgatos fonte tuetur. (3)

3

Ad fontes basilicae s. Petri.

Non haec humanis opibus non arte magistra,
Sed praestante Petro, cui tradita ianua caeli est,
Antistes XPI conposuit Damasus.
Una Petri sedes, unum verumque lavacrum
Vincula nulla tenent. Acatius votum solvit. (4)

4

Romae in cryptis basilicae vaticanae ingens tabula reperta in clivo supra B. Petri ecclesiam.

Cingebant latices montem teneroque meatu
Corpora multorum cineres atque ossa rigabant.
Non tulit hoc Damasus communi lege sepultos
Post requiem tristes iterum persolvere poenas.

(1) Grut. p. 1163. 4. ex cod. pal. (p. 30); Fleetw. p. 415; Raspon. p. 211; Baron. T. VIII. p. 281; Brutius T. XVIII. p. 281; Ciampin. de sacr. aedif. p. 14. et 24. Severanus p. 496. recte habet *properate*. (Nam etiam in cod. palat. est *properante*.) Idem Severanus ait hos versus extitisse in bapt. later. ante Xystum III. PP. — Mr.

(2) Grut. p. 1164. 2. ex cod. pal. (p. 30.) aliique plures. — Mr. Gruterus habet *caeptis* et *Bonifacius*, quas lectiones perperam putabat codicis esse palatini Marinius. — A. M.

(3) Grut. p. 1170. 5. ex cod. pal. (p. 56); Fleetw. p. 528. — Mr.

(4) Grut. p. 1163. 10. ex cod. pal. (p. 30.) in quo reapse est *Acatius* et *teneat*, non *Acathius* ut apud Grut. Emendationem tamen *tenent* sequuntur Sarazanus et Merenda ad Damasum. — Mr.

Protinus adgressus magnum superare laborem
Aggeris immensi deiecit culmina montis,
Intima sollicite scrutatus viscera terrae,
Siccavit totum quidquid madefecerat humor,
Invenit fontem praebet qui dona salutis.
Haec curavit Mercurius levita fidelis. (1)

1

Romae ad fontes.

Qui peccatorum sordes abolere priorum
Terrenisque optas maculis absolvere vitam,
Huc ades ad XPI fontem sacrumque liquorem,
Corpus ubi ac mentes pariter sensusque lavantur
Aeternumque datur casto baptismate munus.
Hanc autem fidei sedem construxit ab imo
Militiae clarus titulis aulaeque fidelis
Romanaeque urbis praefectus Longimanus. (2)

2

Romae ad fontem, quem Leo magnus ante Ostiensem basilicam condidit.

Unda lavat carnis maculas, sed crimina purgat
Purificatque animas mundior amne fides.
Quisque suis meritis veneranda sacraria Pauli
Ingrediens supplex ablue fonte manus.
Perdiderat laticum longaeva incuria cursus,
Quos tibi nunc pleno cantharus ore vomit.
Provida pastoris per totum cura Leonis
Haec ovibus Christi larga fluenta dedit. (3)

3

Ibidem in abside basilicarum ad fontem.

Haec domus est fidei, mentes ubi summa potestas
Liberat, et sancto purgatas fonte tuetur. (4)

(1) Extat excusa inscriptio haec a Dionysio crypt. vat. tab. XXVII. et a compluribus aliis recitatur — Mr. Ipsemet eandem in vaticanis cryptis perlegi. — A. M.

(2) Grut. p. 1164. 7. pessime habet *piorum* et *ab uno*. Nam codex pal. (p. 31) recte *priorum* et *ab imo*. Idem tamen codex habet *minies* pro *mentes*, et *aeternam* pro *aeternum*. Recte Fleetw. emendat *Longinianus* pro *Longimanus* — Mr. et A. M.

(3) Sirmond. ad Ennod. in fin. T. I. p. 1146. ex Rosweido ad S. Paulin. p. 814. quem videsis p. 795. 798. Vide et Margarin. n. 480; Mur. p. 1969. 1. Alii legunt *cursum* pro *cursus*. — Mr.

(4) Mabill. T. IV. analect. p. 497. n. 49. ex cod. ainsild. — Mr.

1

Romae in ecclesia s. Laurentii in Damaso, quae alio nomine appellatur in prasino, ad fontem.

Iste salutares fons continet inclitus undas,
    Et solet humanam purificare luem.
Munia sacrati quae sint vis scire liquoris?
    Dant regnatricem flumina sancta fidem.
Ablue fonte sacro veteris contagia vitae.
    O nimium felix vive renatus aqua!
Hunc fontem quicumque petit, terrena relinquit,
    Subiicit et pedibus caeca ministeria. (1)

2

Aquileiae in baptisterio s. Iohannis.

Quos regat trinitas vera + Ex aqua et spū
renatus fuerit nisi testante vitam Dō quis
non videbit aeternam. Mysticum baptismate
sacrabit veniens XPS hoc in Iordane · Nitens
piorum patuit regnum· Tegurium cernites
vibrante marmorum scema quod Calisti
beati ornabit. M· IIII. LXIII. rehedificatum hoc
baptisterium· (2)

3

Brixiae in baptisterio, quod vulgo Rotonda *appellatur, duplex inscriptio.*

Domina nostra Flavia Theudolinda
aedificare fecit hoc baptisterium
vivente domino nostro Flavio Agilulpho.

Domina nostra Flavia Theudolinda
consecrare fecit hoc baptisterium
vivente domino nostro Flavio Adelvaldo
sacrae salutis saeculo CCCCCCXVII. (3)

(1) Sirmond. ad Sidon. lib. III. ep. 12. ex cod. virdun.; Fleetw. p. 521; Sarazan. ad Damas. n. 38; Merenda p. 241.— Mr. In schedis Marinii v. 3. vitiose legitur *qua* pro *quae*. — A. M.

(2) Ex Bertolio Muratorius p. 1849. 3. cuius vide adnot. — Mr. Recurrit haec inscriptio mox p. 170. n. 1. Quare Muratorius et Marinius scribere heicnon debebant *cernite vibrante* et *ornabi*— A.M.

(3) Frisius memor. Modoet. diss. II. p. 79. Vide tom. II. thesaur. dipl. p. 207. — Mr.

1

In atrio baptisterii Foroiuliensis.

+ Hoc tibi restituit Siguald Baptesta Iohannes.

Ibidem quatuor evangelistarum symbolica animalia libros tenentia, ubi inscripti Sedulii versus libri I. op. pasch. in fin.

More volans aquilae verbo petit astra Iohannes.
Iura sacerdotis Lucas tenet ore iuvenci.
Hoc Mattheus agens hominem generaliter implet.
Marcus ut alta fremens vox per deserta leonis.

Nisi quis ex aqua et spiritn renatus fuerit, non videbit
vitam eternam, testante Deo cum Christo. Veniens
In Iordanem hoc sacravit mystico baptismate. Nitens
piorum regnum patuit. Cernites tegurium, beati
Callisti quod ornavit vibrante marmorum scema.
Quos regat trinitas vera. (1)

2

In ecclesia monasterii S. Galli in altari s. Iohannis Bapt. et S. Ioh. evang. erat baptisterium, cui inscriptum sic.

Ecce renascentes susceptat Christus alumnos. (2)

3

Epigrammata a S. Paulino nolano missa ad Sulpicium Severum subscribenda picturis ab eo factis in baptisterio, quod extruxerat prope basilicas Primuliacenses in Aquitania. In pictura, in qua ss. Martinus et Paulinus. (3)

Abluitis quicumque animas et membra lavacris,
Cernite propositas ad bona facta vias.
Adstat perfectae Martinus regula vitae,
Paulinus veniam quo mereare docet.
Hunc peccatores, illum spectate beati:
Exemplar sanctis ille sit, iste reis.

(1) Vide Bertolinum p. 440. *Siguald*us episcopus Spoleti; *Siginaldus* patriarcha Aquileiae an. 774. — Mr.

(2) Mabill. annal. bened. T. II. p. 532. ad an. 835. Videsis T. II. part. II. p. 226. AA. lect. Canisii edente Basnagio. — Mr.

(3) Ex epistola XII. S. Paulini ad Sulpicium Severum. Videsis ed. Veron. p. 195. Item Remondin. T. I. p. 407; T. II. p. 146; Alaman. par. later. p. 81; Bolland. T. VII. iun. p. 89. 90. 136. 137. 138. 139. 144; Baron. praef. ad martyrol. cap. 3. — Mr.

Item de eodem.

Dives opum Christo, pauper sibi, pulchra Severus
Culmina sacratis fontibus instituit.
Et quia caelestes aulam condebat in actus,
Qua renovarentur fonte Deoque homines;
Digna sacramentis gemina sub imagine pinxit,
Disceret ut vitae dona renatus homo.
Martinum veneranda virum testatur imago,
Altera Paulinum forma refert humilem.
Ille fidem exemplis et dictis fortibus armat,
Ut meriti palmas intemerata ferat.
Iste docet fusis redimens sua crimina numis
Vilior ut sit res quam sua cuique salus.

De baptisterio.

Hic reparandarum generator fons animarum
Vivum divino lumine flumen agit.
Sanctus in hunc caelo descendit spiritus amnem,
Caelestique sacras fonte maritat aquas.
Concipit unda deum, sanctamque liquoribus almis
Edit ab aeterno semine progeniem.
Mira Dei pietas! peccator mergitur undis;
Mox eadem emergit iustificatus aqua.
Sic homo et occasu felici functus et ortu
Terrenis moritur, perpetuis oritur.
Culpa perit, sed vita redit; vetus interit Adam,
Et novus aeternis nascitur imperiis.

Ad basilicarum picturam.

Corpore mente fide castissimus incola Christi
Condidit ista Deo templa Severus ovans.
Totus et ipse Dei templum viget hospite Christo,
Gaudentemque humili corde gerit dominum.
Ecce velut trino colit unam nomine mentem,
Sic trinum sancta mole sacravit opus.
Ampla dedit populo geminis fastigia tectis,
Legibus ut sacris congueret numerus.
Nam quia latorem duo testamenta per unum
Pacta Deum in Christo copulat una fides;
Iste duas inter diversi culminis aulas
Turrito fontem tegmine constituit.

Laeta novos geminis ut mater ecclesia partus
    Excipiat sinibus quos aqua protulerit.
Aula duplex tectis, ut eclesia testamentis
    Una, sed ambobus gratia fontis adest.
Lex antiqua novam firmat; veterem nova complet,
    In veteri spes est, in novitate fides.
Sed vetus atque novum coniungit gratia Christi,
    Propterea medio fons datus est spatio.
Inde parens sacro ducit de fonte sacerdos
    Infantes niveos corpore corde habitu.
Circumdansque rudes festis altaribus agnos
    Cruda salutiferis imbuit ora cibis.
Hinc senior sociae congaudet turba catervae,
    Alleluia novis balat ovile choris.

De ligno crucis et sacris lipsanis in suprascriptis basilicis condendis.

Divinum veneranda tegunt altaria foedus,
    Compositis sacra cum cruce martyribus.
Cuncta salutiferi coeunt martyria Christi,
    Crux, corpus, sanguis martyris, ipse Deus.
Namque Deus semper vobis sua munera servat,
    Atque ubi Christus, ibi Spiritus et Pater est.
Sic ubi crux, et martyr ibi; quia martyris et crux
    Martyrii sanctis quae pia causa fuit.
Illa cibum vitae mortalibus, illa coronas,
    Quae Domino famulos participant, peperit.
In cruce fixa caro est qua pascor, de cruce sanguis
    Ille fluit, vitam quo bibo, corde lavo.
Christe tuo coeant simul haec tua dona Severo,
    Portitor et testis sit crucis iste tuae.
Carne tua vivat, tuus illi pocula sanguis
    Praebeat, in verbo vivat agatque tuo.
Quaque tuum socio Martinum ascendere claro
    Vidit, et ipse tuo munere iunctus eat.

De sacris lipsanis tantum.

Pignora sanctorum divinae gloria mensae
    Velat apostolicis edita corporibus.
Spiritus et Domini medicis virtutibus instans
    Per documenta sacros viva probat cineres.
Sic geminata piis aspirat gratia votis,
    Infra martyribus, desuper acta sacris.

Vota sacerdotis viventum et commoda parvo
Pulvere sanctorum mors pretiosa iuvat.

1

Aemone.

Baptisterium digno marmore
Mauritius episcopus Aemonen. (1)
. . . .

2

In basilica Classensi prope Ravennam, in arcu camerae quae fontem baptisimalem circumambiebat, hinc inde in orbitis disposita verba legebantur.

Salvo domno — papa Victore (2)

3

Romae in confessione ecclesiae S. Priscae extat grandis concha marmorea, quae capituli columnae formam refert, affabre elaborata, in cuius superficie characteribus antiquis et bonis legitur.

sic
Bactismū sci Petri.

4

Romae in museo vaticano fragmentum epistylii, littera satis concinna.

ϭ Corporis et cordis maculas vitale . .
ϭ Purgat, et omne simul abluit unda . .

5

Ravennae in ecclesia S. Iohannis in fonte, musivo opere.

Cede vetus nomen, novitati cede vetustas,
Pulchrius ecce nitet renovati gloria fontis.
Magnanimus hunc namque Neo summusq. sacerdos
Excoluit pulchro componens omnia cultu. (3)

(1) Ughell. T. V. p. 229. Videsis codicem carol. T. I. p. 372. n. 2. — Mr.
(2) De Rubeis p. 157; Agnell. p. 103. 104. — Mr.
(3) Ciampin. V. M. T. I. p. 178. 234. tab. 69. 70. ex Hier. Fabro mem. sacr. Rav.; de Rubeis p. 110; Agnell. p. 58. Vide cod. vat. 5834. p. 121. — Mr. Vitiosissime in schedis Marinii *novitati gloria fonti.* — A. M.

1

Ibidem.

Petrus	Ioannes	Simon	Iacobus min.
Paulus	Philipus	Iudas	Matheus
Andreas	Bartolomeus	Thadeus	Thomas
Iacobus	Iordann.		

Beati quorum remisse sunt iniquitates,
et quorum tecta sunt peccata.
✝ Beatus vir cui non imputavit dominus peccatum. ✝

✝ Ubi deposuit Ihs vestimenta sua et misit aquam
in pelvim, coepit lavare pedes discipulorum suorum. ✝
✝ In locum pascuae ibi me collocavit.
Super aquam refectionis educavit me. ✝

2

Mediolani versus Ambrosii ad fontem Theclae.

Octachorum sanctos templum surrexit in usus,
Octagonus fons est munere dignus eo.
Hoc numero decuit sacri baptismatis aulam
Surgere, quo populis vera salus rediit.
Luce resurgentis XPI qui claustra resolvit
Mortis, et tumulis suscitat exanimes.
Confessosque reos maculoso crimine solvens
Fontis puriflui diluit inriguo.
Hic quicumque volunt probrosae crimina vitae
Ponere, corda lavent, pectora munda gerant.
Huc veniant alacres: quamvis tenebrosus, adire
Audeat; abscedet candidior nivibus.
Huc sancti properent: non expers ullus aquarum
Sanctus: in his regnum est consiliumque Dei.
Gloria iustitiae! nam quid divinius isto
Ut puncto exiguo culpa cadat populi? (1)

(1) Videsis Sirmond. ad Ennod. p. 93; Paciaud. AA. S. Ioh. B. p. 54; Sarazan. ad Damas. p. 176; Oltroch. hist. lig. p. 103. 113. 116. 188. 199. Bolland. T. II. aug. p. 274. De *octachoro* Bosweid. in not. ad ep. XII. S. Paulin.; Cancellier. Sacr. vat. p. 1142; Cang. Cpol. Ch. in H. Byz. T. XXI. ed. Ven. p. 119. et Paris. p. 152. De *octogono* Veron. ill. T. III. p. 117. V. Ciampin. V. M. T. II. p. 22. — Mr. Perperam in schedis Marinii est *cedat populo* pro *cadat populi*. Perperam item Gruterus p. 1166. 8. habet *quicunque*. *suscitet*; quos errores Marinius in adn. existimabat codicis palatini,

1

Ibidem olim ad fontem S. Barnabae apud portam Ticinensem.

Hunc fontem tibi dedicat, atque Deo super undis
Consecrat impositam famulus Protasius aram,
Qua Ticina silex et Martia porta, beate
Barnaba, te ligures advectum nuper in oras
Audiit hortantem coetus et rite lavantem.
. . . .
. . . . . . flamine victo
Ut per te tua plebs lustrali admota sacello,
Quam facies est alba urbi quam candida genti,
Tam niveis animis colat intra moenia Christum. (1)

2

Ibidem in baptisterii agello, ubi picti sunt martyres eo loco depositi, versus Ennodii.

Conditor Armenius, supero qui dignus honore est,
Hic peperit fontem vivificantis aquae.
Plena salutiferis gestemus viscera lymphis:
Ne sitiat potans contulit unda semel.
Rapta sepulturis animavit corpora pictor:
Funera viva videns mors eat in tumulos.
Illorum tamen iste locus complectitur artus,
Quos paries facie, mens tenet alma fide. (2)

3

Ibidem de fonte baptisterii s. Stephani, de aqua quae per columnam venit, versus Ennodii.

En sine nube pluit sub tectis imbre sereno,
Et caeli facies pura ministrat aquas.
Proflua marmoribus decurrunt flumina sacris,
Atque iterum rorem parturit ecce lapis.
Arida nam liquidos effundit pergula fontes,
Et rursus natis unda superna venit.

quem quidem neque heic neque plerumque alibi consuluisse videtur Marinius. Nam reapse codex palatinus (p. 41) ubique recte sehabet, ut nunc editur; nisi quod v. 9. mendose exhibet *probrosa* pro *probrosae*. — A. M.

(1) Bascap. de metrop. Mediol. an. 1596. p. 33. et 1628. p. 11. Iterum Bascap. in hist. provinc. Mediol. p. 54. V. Oghel. T. IV. p. 42; Bacchia. de eccl. hierarch. orig. p. 342; Puccinell. zod. p. 176; Zachar. H. L. T. VI. p. 599. — Mr. Ughellius scribit *famine* pro *flamine*. — A. M.

(2) Sirmond. T. I. p. 1121; Oltroch. p. 254. — Mr.

Sancta per aethereas emanat lympha recessus,
Eustorgi vatis ducta ministerio. (1)

1

Ibidem in baptisterio versus Ennodii.

Mundior excocti fulgescat luce metalli,
Munera disponit qui dare digna Deo.
Ante vaporatis Laurenti vita caminis
Constitit, ut blandum nobilitaret opus.
Marmora, picturas, tabulas, sublime lacunar
Ipse dedit templo, qui probitate nitet.
Aedibus ad pretium sic mores conditor addit,
Vellera ceu Serum murice tincta feras.
Qualiter inclusas comit lux hospita gemmas
Nix lapidis quotiens pulcrior arte rubet. (2)

2

Ibidem de leone marmoreo, qui aquam fundit, versus Ennodii

Aspice deposita blandum feritate leonem:
Ore vomit lymphas pectoris obsequio.
Unda fluit rostro, dens mortis pocula mandit:
Naturam perdens bellua nos satiat.
Effera dum vitreos effundunt guttura fontes,
Dira salutiferis corda lavantur aquis. (3)

3

In nomine domini
Iesu Christi
temporibus
domno Bono episcopo
+
et Romualdos
Lupici presbyteri
. . . sancto Iohanni
magister Iulianus

(1) Sirmond. tom. cit. p. 1145; Oltroch. p. 255 — Mr.
(2) Sirmond. tom. cit. p. 1127. — Mr.
(3) Sirmond. tom. cit. p. 1121; Oltrocch. p. 258. — Mr.

et Iulianus Martinus
per indictione XV. renovata
fons. (1)

1

Ravennae s. Victor archiepiscopus refecit balneum iuxta domum eccclesiae haerens parietibus muri episcopi, ubi residebat, quo usque hodie mirifice lavatur; et pretiosissimis marmoribus parietes iunxit, et diversas figuras tessellis aureis variasque composuit, et tabulam descripsit literis aureis tessellatis, in qua hos hexametros catalecticos versus conscripsit.

Victor apostolica tutus, virtute sacerdos,
Balnea parva prius prisco vetusta labore
Deponens miraque tamen novitate refecit,
Pulcrior ut cultus maiorque resurgat ab imo.
Hoc quoque perpetuo decrevit more tenendum
Ut biduo gratis clerus lavet ipsius urbis;
Tertia cui cessum est, et feria sexta lavandi. (2)

2

Perdiderat proprinm sacrae quae praeminet arae
Tecta vetustatis syrmate concha diem.
Sed moderante pio cognato et coniuge celsis
Scepta desiderio omne creantis ope.
A modico dictus devoto corde miuister
Lapsa novans compsit, quae novitate placent. (3)

3

Romae in claustro basilicae Ostiensis, e coemeterio Lucinae.

In nomine Dei patris omnipot*entis* et domini nostri Iesu ☧ fil. *et* sancti paracleti Eusebius infa . . . ovavit cymeteriu totu . . . columnas in porticos pictur . . . vas in ruinis erat totas e . . . . . . tu cum tegulas et tabl . . . net acutos et materi . . .

(1) Apud Murat. p. 1893.3. *Hinc deducitur baptisterium ipsum fabricatum vel renovatum fuisse indictione XV. sub regimine episcopali antistitis Boni, sacerdotio illius ecclesiae fungentibus Romualdo et Lupico. Operis huius artifices fuere duo eodem nomine Iuliani, et alter vocabulo Martinus.* Quonam vero tempore floruerit Bonus iste episcopus, ex nullo alio antiquitatis monumento discimus. Is certe catalogo episcoporum Hadriensium apud Ughellium in Italia sacra est adiungendus.

(2) Agnell. p. 103; Paciaud. de baln. p. 44. — Mr.

(3) Ita in cod. pal. p. 47. At Gruterus p. 1168. 4. habet v. 1. *arcae*, v. 4. *saepto*.

. . . tota balineū marmo . . . que minus abuit et scamna . . .
. . . tras speclara item in s . . . eriora marmoravit pal . . .
. . . lostra incinos et clabes . . . osuit ut potuit usque d . . .
. . . set in seculo fecit reliqu . . . abrica quando exivit de . . .
seculo remisit alumnis sui . . . cunia et ipsi fabricave-
runt introitu at martyres . . . odest in publicu a funda . . .
bricabit mesas at martyres . . . otas fecit aquam in valine . . .
per mangana fecit at con . . . a cubiculo et cancellū feci . . .
causa fures fecit ciamul . . . ala facent item sart . . .
a suscepit sigilla cinque in pop . . . osuit compodiola. (1)

I

Romae in SS. Martini et Silvestri.

Baluea quae fragilis suspendunt corporis aestum (2)
Et reparant vires ✠ quas labor afficerit;
Quae constricta gelu, validis aut solibus usta,
Admixto latici ✠ membra *liquore* levant.
*Vex*amur causa propri*a nostroque quod* angit
Vulnere ; *balinea hinc* ✠ dicta fuisse *reor.*
Tu tamen ista magis cautus servare me*mento*
Grex sacrate Deo ✠ corpore men*te fide.*
Cui bellum cum carne subest, quae et victa *resurgit,*
Quam cohibere iubat ✠ si refobere pa*ras.*
Lubrica ne sensus rapiat turpetque boluptas,
Effera ne mentem ✠ luxuries stimulet.
Ebria neu vino, dapibus neu viscera *cruda*
Dissolbat, fluxo ✠ corde la*bante, gula.*
Sobria sed casto foveant *tibi membra* liquore;
Et quaes . . . quod medeare iterum.
. . . inibe ne parta remedia carn . . .
. . . vi torvos alget . . .
Non nostris nocet officiis, nec culpa labacri.
Quod sibimet generat lubrica vita malum est. (3)

(1) Scheda illustraturus erat Marinius hanc inscriptionem.

(2) Locutionem *suspendere aestum* usurpaverat M. Aurelius Caesar, eamque reprehendebat ut vitiosam Fronto ad M. Caes. lib. IV. ep. 3. ed. rom. p. 99. Nunc ecce eius locutionis aliud exemplum in satis elegante poeta christiano. Sane idem Fronto p. 117. reprehendebat etiam usum vocabuli *dictio* pro *oratio*, quod verbum defensurum se respondit M. Aurelius p. 118. Et sane ei licebat uti auctore ipso Tullio in Bruto. Sic porro loqui solet Ennodius, ad quem vide Sirmondi adn. in dict. I. — A. M.

(3) Marinius ex codice Doni, et ex adversariis haberin. ubi Suaresius verba nonnulla supplevit, quibus et ego aliquot addidi. — A. M.

1

Syracusis in marmoreo cratere, qui fons est baptisterii in cathedrali.

† Ἀνάθημα ἱεροῦ βαπτίσματος Ζοσίμου
Θεῷ δῶρον . . ατον κρατῆρα . . ον. (1)

2

Venetiis urna rotunda ex pario marmore in sacello monialium s. Marci in insula Muriano, ex Graecia translata.

† Ἀντλήσαται (sic) ὕδωρ μετ' εὐφροσύνης, ὅτι φωνὴ κυρίου
ἐπὶ τῶν ὑδάτων.
Α. Τοῦ Νικομήδου. Ω (2)

3

Constantinopoli in labro marmoreo, quod in s. Diomedis extitisse traditur.

Νίψον ἀνομήματα, μὴ μόναν ὄψιν.

4

Romae in s. Clementis.

Λουτροῖς ἀενάοισι αθυ . . .
ενια οζανεω γένηται . . .
πας αρολωμι ενος κ . . . (3)

5

In monasterio de Samos *provinciae Galloeciae lucensis dioeceseos in pariete bibliothecae lapis repertus an.* 1753.

Ast ego Ermefredus Lucensi presul in urbe
Dispensans plebi iura sacerdotii,
Talia confirmans edictis vota per evum
Restitui lapsa, cepta bene cumulans.

(1) Reines. cl. XX. n. 420. ex Gualter. monum. Sicil. et Thomasin. de donar. cap. 43. V. Fleetw. p. 511. Torremuz. cl. XVII. n. 1; Paciaud. de baln. p. 167. — Mr.

(2) Paciaud. de baln. p. 161. tab. 4. ex Mabill. It. italic. T. I. p. 24. — Mr.

(3) E schedis Suaresii in bibl. barberin. — Mr. Sic est in scheda Marinii, sine ulla sensus verborumque sanitate. — Mr.

Huius XPE gregis tu tantum claustra tuere,
    Noxia ne pestis turbet ovile patens.
Hic igitur monacale decus per secla nitescat,
    Vinceat (sic) hic animas regula sancta *pias*. (1)

1

Fuit olim ibidem lapis alter his verbis.

. . . .
    Gaudeat acceptum hic sibi remedium.
Et atrium interius populi non cedat in usus,
    Nec unquam illuc introeat mulier.
Puplica invitus hic nemo negotia solbat,
    Flos ubi iam teneram cenobialem migat (sic).

2

Romae in bibliotheca S. Gregorii, quae est in monasterio ad clivum Scauri.

Sanctorum veneranda cohors sedet ordine *longo*
    Divinae legis mystica dicta docens.
Hos inter residens Agapetus iure sacerdos
    Codicibus pulchrum condidit arte locum.
Gratia par cunctis, sanctus labor omnibus unus;
    Dissona verba quidem, sed tamen una fides. (2)

3

Romae in ambone basilicae vaticanae.

Non hominum censura Deum, non temporis ulla
Aetas aut cleri sinodus prescriptio nulla,
Sed Deus electis patribus dum praefuit orbis
Umbra sacrata Petri valet aegros solvere morbis.
Haec capitis ratione sui orbisque magistra
Clerus et ecclesiae pendet status omnis ab ista. (3)

(1) *Pias* a me suppletur, ut in secunda inscriptione *longo*. — A. M.

(2) Mur. p. 1822. 6. ex Mabill. T. IV. analect. p. 497. n. 51. ex cod. einsild.; Bonada cl. X. n. 7; Amat. T. V. p. 278; Odoric. p. 301; annal. camald. T. I. p. 70. — Mr. Male Muratorius inscribit *in monasterio clivi Tauri*. — A. M.

(3) Cod. Don. e schedis Nic. Alamanni. Videsis adversar. barberin. p. 20. 3.

1

Romae in s. Martini in montibus in ambone a cornu evangelii.

Salvo dno nostro beatiss.
Sergio papa iuniore
Scandite cantantes Domino Dominoque legentes,
Ex alto populis verva superna sonent.

In parte altera.

Pelagius iun. episc. Dei famulus fecit,
curante Iuliano P. P. scd.

2

In s. Apollinaris classis Ravenn. in cathedra marmorea.

+ Dn. Damianus archiep. fecit.

3

Ravennae in suggestu marmoreo divae Mariae maioris.

UB. aedo apostol. Felicis scism. archiepisc. sce. eccl. Rav . . .
cius diac. scae. eccl. B. V. deserviens huius basil. FF. (1)

4

Ferrariae in foro ante ecclesiam cathedralem facies antica suggesti marmorei basilicae.

De donis Dei et sce Marie et sci Stefani
temporibus Georgi urbis episcopi hunc pergum (sic)
fecit P. ind. sec. (2)

5

Ravennae in templo principe in ambone.

+ Servus Christi Agnellus epsc hunc pyrgum fecit. (3)

(1) De Rubeis p. 211. — Mr.
(2) Mur. AA. m. aev. T. V. p. 357. — Mr.
(3) Beltram. forast in Rav. p. 92; Spret. T. I. p. 266. 291. — Mr.

1

Ravennae in ss. Ioh. et Pauli in suggestu marmoreo.

✝ Scs Iohann. Scs Paulos *sic*
De donis Dei et scsorum Iohanni et Pauli
Adeodatus prim. strator inlp. domni
urb. Marinian. arceps fec. ind. (1)

2

Ravennae in s. Iohannis evang. in pulpito marmoreo.

Τῷ ἁγίῳ Ἰωάννι Θεόδωρος καὶ Κωνσταντίνα
ἀναίθηκαν ὑπὲρ ἀναπαύσεως.

In alio latere.

Ἐρεύξω ἐπὶ Θεοδοσίου περὶ ἔργου. (2)

3

Romae olim in S. Gallae in ciborio marmoreo in quo fuit imago B. Virginis quae modo visitur in s. Mariae in Campitelli.

A ✝ Ω

Hic est illa piae genetricis imago Mariae
Quae discumbenti Gallae patuit metuenti. (3)

4

Veronae in museo publico columellae inscriptum.

✝ In nomine IHU XPI de donis
sci Iohannes
Bapteste edi-
ficatus est hanc
civorius sub tempore
domno nostro
Lioprando rege
et ub pater no

Domnico epescopo
et costodes eius
VV Vidaliano et
Tancol prbris
et Refol gastaldio
Gondelme indignus
diaconns scrip-
si.

(1) Rondinin. de ss. Ioh. et Paul. R. p. 43. — Mr.
(2) Spect. T. I. p. 391; Mur. p. 1948. 7. 1949. 1. — Mr.
(3) Erra hist. eccl. S. Mariae in porticu p. 5. ex Baron. ad an. 1198. In eius ecclesiae ara maxima olim scriptum erat. *Septimus hoc praesul romano culmine fretus — Gregorius templum Christo sacravit in aevum.* — Mr.

+ Ursus magester
cum discepolis
suis Iuvintino
et Iuviano edi-
ficavet hanc
civorium
Vergonous
Teodoal
Foscari (1)

1

Ravennae in argenteo ciborio ecclesiae Ursianae constructo ab archiep. Victore.

Hoc votum Christo solvit cum plebe sacerdos
 Victor, qui populis auxit amore fidem.
Pontifici Christo solventi vota ministrat
 Aligerum cingens haec loca sancta manus.
Egregium miratur opus sublata vetustas,
 Quae melior cultu nobiliore redit.
Catholicae legis venit . . . si quis amator,
 Mox reparatus abit corpore Christe tuo. (2)

Ibidem supra ciborium in dextro latere.

Argenti quoudam constructum rite decore
 Barbara destructum sustulit ausa manus.

In sinistro latere.

Basilicum munus martyr ne despice verax,
 Imo labens aula cede manere tua.

In aversa parte.

Ante prius statuit opus sublime Iohannes.
 Hunc mediocre sacer Dominicus reficit.

2

In basilica classensi prope Ravennam in arcu ciborii, quod est supra altare s. Valerii arcihepiscopi.

Ad honorem dni nostri IHU XPI et sci Eleuchadii
sub temp. dom. Valerii archiep. ego Petrus presb.
fecit [sic] + (3)

(1) Veron. ill. P. I. p. 339. 366; Biancolin. eccl. Veron. T. I. p. 115. 116. T. IV. p. 645. et p. 728. multa de castaldis; Mur. 1962. 3. aliique plures quos docte recenset Marinius.

(2) Agnell. p. 103. 104; annal. camald. T. I. p. 30. — Mr.

(3) Annal. camald. T. I. p. 17. — Mr.

1

Ibidem in aurea tabula, quam classensi coenobio contulit, et loco ciborii argentei collocavit Iohannes VII. archiep.

Ex opibus, venerande, tuis haec offero praesul
Classensi templo quo tua membra iacent. (1)

2

Bagnacaballi in s. Petri in silvis pars antica ciborii ex pario, impositi arae ex eodem marmore.

+ De donis Di et sci Petri apostoli temporibus
dn Deusdedi — Ioannis umilis
ub epc — pr fecit
per ind. V.

3

In cathedrali s. Leonis inscriptum linea perpetua ciborio marmoreo, qui lapis modo appositus est fonti baptismatis.

+ Ad honore dni IHU XPI et sce Di ienetricis (sic) semperque virginis Marie ego quidem Ursus peccator dux fieri iussii (sic). Rogo vos qui hunc legitis orate pro me. Temporibus domno Ioh PP. et Karoli tertio imp. ind. XV. (2)

4

Ravennae in aede Tricolum dicta, intra episcopium.

Hic Petrus iunior Christi praecepta secutus,
Ut docuit sacris, moribus exhibuit.
Hanc quoque fundavit mirandis molibus arcem:
Nominis ipse sui haec monumenta dedit.
Huius post obitum Aurelianus gessit honores.
Post hunc antistes extitit Ecclesius.
Hinc fuit Ursicinus: sequitur post ordine Victor.
Temporibus iunior Maximianus adest.

(1) Ibid. p. 24. 31; Mur. S. R. I. T. I. part. II. p. 559. — Mr.

(2) Mur. p. 1962. 1. — Mr.

Is polensis erat Christi levita profundus,
Lege Dei miserans et pietate bonus.
Quem Deus ipse virum decoravit culmine sacro
Ecclesiaeque suae pontificem statuit.
Ipse autem factis propriis scit non meruisse
Culmen apostolicum, sed pietate Dei. (1)

1

In crypta basilicae monasterii s. Gregorii prope Constantiam in ripa Rheni ad altare S. Gregorii constructum an. 983 ab Gebehardo constantiensi episcopo in quo ciborium erexit quatuor columnis suffultum. Supra columnas arcus quatuor posuit, quos ex una parte inaurato argento, ex altera inaurato cupro vestivit; super arcus et columnas tabulam imposuit, in medio rotundum habens foramen, aurato cupro intrinsecus opertum, inferius autem marginem prominentem argento decoratum. Ipsa vero tabula aurato cupro decenter operta erat, habens quatuor evangelistas caelato opere in transversum, cui per quatuor partes laminae argenteae erant affixae, et in unoquoque latere versus unus aureis litteris inscriptus.

Hoc opus exiguum diversis artibus actum
Fert tibi Gregori supplex devotio servi
Praesulis indigni; quem tu cum plebe fideli
Coniungas turmis precibus pater alme supernis. (2)

2

In monasterio s. Floriani ad alterum miliare ab Ensio in Norico ripensi, in tabernaculo.

Φίλης τὸ λαμπρὸν καὶ σοφὸν τὸ τῆς τέχνης
Κάλλους τὸ τερπνὸν σχήματος τὸ ποίκιλον
Τῶν ἔνδον ϐλύσυσα θαυματυργία
Τοῦ δημιυργήσαντος ὁ ζέων πόθος
Ὑπερφέρυσι τῆς κιβωτοῦ τὸ πάλαι.
Ὅσω γὰρ αὐτὰ τῶν πρὶν ἐξηρημένα
Μείζω, τοσούτῳ πίςις ἡ θεοφανοῦς
Προσευτικὸν σκήνωμα τῶν αἰτημάτων
τεύξασα καλλύνασα τοῦτο ἐπισκόπῳ
εἰς ψυχικὴν κάθαρσιν εἰς βίου σκέπην. (3)

(1) Ughell. T. II. p. 336; Amades. T. I. p. LIII; de Rubeis p. 162; Agnell. p. 83. 106. Bolland. T. III. febr. p. 296.

(2) Mabillon annal. bened. T. IV. p. 14. — Mr.

(3) Legitur apud Lazium comment. de rep. rom. lib. XII. p. 1085. Gruterus p. 173. 6. emendatam inscr. a se multis locis exhibet. Item Fleetw. p. 516. — Mr.

1

Foro Cornelii in suburbio portae romanae
toreuma muro infixum.

*E*cce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi; miserere
nobis . . . . . mus hoc opus. (1)



2

Romae in abside triclinii leoniani ex opere vermiculato, inter flores frondesque legitur Leo papa *sub imagine domini Iesu, qui dextra apostolis benedicit, sinistra apertum librum sustinet, in quo* pax vobis *legitur.* (2)

Docete omnes gentes, vaptizantes eos in nomine
patris et filii et spiritus sancti.
Et ecce ego voviscum sum omnibus diebus
usque ad consumationem seculi.

In arcu eiusdem absidis.

Gloria in excelsis Deo, et in terra pax ominibus (ne) bone boluntatis.

Item ex una parte Christus dans claves B. Silvestro PP, et Constantino imp. vexillum cum epigraphe.

CONSTANTINUS.

Ex parte altera s. Petrus pallium B. Leoni PP., Carolo M. pariter vexillum porrigens appositis inscriptionibus.

Scs	+ Sctissimus	+ D. N. Carulo	donas
Pe	dn	r	..bicto-
tr	Le	e	... ma-
us	o	x	ia
	PP		

(1) Paciaud. de baln. p. 141. — Mr.

(2) Alaman. p. 11. 23. 42. 56. 70; Spon. misc. p. 284. Exemplar coloratum totius triclinii est in cod. barberin. 3011. p. 179. Vide etiam La Cointe annal. T. VI. p. 576; Bolland. T. II. iun. p. 574. 580. T. VII. iun. p. 137. et in propyl. maii p. 125; Ciampin. de S. A. tab. 39. 40. Panvin. de VII. U. E. p. 180; Severan. hist. p. 544. 552. 553. — Mr.

1

Veronae in tabula ex pario marmore arae infixa in canonicalibus aedibus, translata ex veteri basilica ab Rotoldo episcopo instaurata initio saec. IX.

+ Sum Deus et factor celi terreque creator.

Scs Petrus	*S. Petrus dexra claves gerens*	*Servator noster dextera benedicens, sinistra librum apertum ostentans*	*S. Paulus cum codice clauso*	Scs Paulus

+ Hos ego plasmavi, hos digne sanctificavi,
Et sibi donorum concessi iura meorum.

+ Sum Pelecrinus ego qui talia sic bene sculpo,
Quem Deus in altum faciat consendere celum. (1)

2

Romae in hortis s. Chrysogoni, in basi statuae ad colliculorum effigiem extructae.

Fl. Tertullius. de . arte . sua
aecclesiae . donum . posuit. (2)

3

Romae in ecclesia s. Petri ad vincula, affixa muro navis intrantibus sinistrae, littera pro suo tempore satis pulcra.

Salbo papa N. Ioanne cognomento
Mercurio ex sce eccl. rom. presbyteris
ordinato, ex tit. sci Clementis ad glo-
riam pontificalem promoto, beato Petro
ap. patrono suo a vinculis eius Severus pbo frt
E TIT. PC. LAMPADI ET ORESTIS VV. CC. URBI + CLUS CED + RI & NUS EST.

4

Ravennae intra episcopium ecclesiae Ursianae, sub picturis mundi fabricam repraesentantibus in triclinio constructo ab archiepiscopo Neone.

Principium nitidi prima sub origine mundi
Cum mare, tellurem, caeli cum lucida regna
Virtus celsa patris, natique potentia fecit;

(1) Vide Dionysium observ. ad an antiq. sculpt. chr. — Mr.

(2) Gudius p. 367. n. 10. — Mr.

Cumque novus sol, luna, dies, aurora micavit,
Et illo astrigerum radiavit lumine caelum;
Unus in orbe novo vir terra virgine factus
Exilnit humo, insons hic corpore servo.
Iste Dei meruit vocitari solus imago:
Namque sui similem hominem produxit in orbe
Superni genitoris amor, dominunque locavit.
Hunc sator omnipotens rerum dulcissimus ipse
Multifluis opibus longum ditavit in aevum.
Isti cuncta simul sylvarum praemia cessit;
Iussit maternos foetus producere terram;
Huius oves niveae nitida per gramina voce;
Huius, et altecomus sonipes, fulvique leones;
Huius erant passim ramosi in cornua cervi,
Pennatique greges avium, piscesque per undas.
Omnia namque Deus homini quaecumque paravit
Tradidit, et verbo pariter servire coegit.
Hunc tamen in primis monitis caelestibus olim
Observare snam legem, et vitalia iussit
Praecepta, et vetita anderet ne mandere poma.
Praeceptum spernens, sic perdidit omnia secum.

Ibidem versus subscripti gestis s. Petri in pariete item dipictis.

Accipe sancte libens, parvum ne despice carmen,
Pauca tuae landi nostris dicenda loquelis.
Euge Simon Petre, commissum tibi suscipe munus
. . . sumere te volnit rex magnus ab alto.
Suscipe de caelo pendentia lintea plena
Missa Petre tibi, quae diversa animalia portant. (1)

1

Romae in cavaedio s. Iohannis ante portam latinam, circa puteal marmoreum.

✝ In nomine patris et filii et spū . . . om̄ns sitientes venite ad . . .
. . . ego Stephanū. (2)

(1) Agnell. p. 59. Versuum autem varias aliquot lectiones suppeditat codex vat. 5834. p. 121. b. — Mr.

(2) Crescimben. hist. s. Ioh. p. 94. sic: *omnes sitientes venite ad aquas.* — Mr.

1

In ecclesia coenobii Malmesburiensis in Anglia in organis, quae fecit Dunstanus archiepiscopus cantuariensis tempore Edgari regis, ubi per aereas fistulas musicis mensuris eloboratas dudum conceptas follis vomit anxius auras, *in laminis aureis.*

Organa do sancto praesul Dunstanus Adelmo.
Perdat hic aeternum qui vult hinc tollere regnum. (1)

Et in vasculo quod ministris altaris famulabatur aquae obsequio.

Idriolam hanc fundi Dunstan mandaverat archi-
Praesul ut in templo sancto serviret Adelmo.

2

Ravennae in salutatorio, quod exstruxerat s. Felix archiepiscopus.

Forma loci dudum . . .
  Squallida sed tantum pervia plebis erat.
Postquam pontificis meritis iuvenescere visa est,
  Vicinum ecclesiae concipit inde diem.
Turba sacerdotum melius hinc pergit in aulam,
  Oblitum nescit linquere pastorem.
Per medios gradiens populos reverentia crescit,
  Cum super effundit cognita verba Dei.
Hunc ritum servet veniens quicumque sacerdos,
  Nec finem teneat pontificalis apex.
Fama loquax tantos numquam reticebit honores.
  Nam . . . (2)

3

Romae in s. Bartholomaei de insula, in puteali in quo Servatoris imago, item sancti episcopi, sive Adalberti sive Paulini, et Bartholomaei, et imperatoris.

✝ Os putei sancti circumdant orbe rotanti. (3)

(1) Apud Warton. Anglia sacr. T. II. p. 33. Vide omnino Bolland. T. VI. maii p. 90. — Mr.

(2) Agnell. p. 164; Cancellier. p. 397. — Mr.

(3) Aere insculpt. apud Casimirum memor. conventuum FF. p. 276. 294. — Mr.

Ibidem.

Corpora . . Paulini . . gemina elara diei.
Qui sitit, ad fontem veniat . . *h*auriat e vena aquas.

1

In antiquo labro marmoreo ante ecclesiam S. Bartholomaei in insula tiberina, litteris antiquis, quae S. Damaso suppares videntur.

Qui sitit ad fontem veniat cupiens baurire fluenta. (1)

2

Romae in vinea M. Ant. Tuscanellae e regione divi Rocchi, in lapide impolito terete et pertuso, qui usum praestat crepidinis putealis vel spiraculi suppositae cryptae.

† De donis Dei et sancte Mariae.
Ioh prb pie rogabit.
Omnes sitientes venite beivite
ad aquas. Et siquis ex ista
aqua pretio tulerit, anathema sit. (2)

3

Mediolani in crypta s. Calimeri super puteum, rudi et imp[le]xo charactere.

† Quamvis aetheria reguit (sic) in arce sacerdos,
Congruum est sanctis reddere vota piis.
Hic quondam submersus corpore conditus iacit (sic)
. . *r*eserat polum revocat ipse Deus
. . *v*enerande tibi Thomas aegres
. . . plendo opere lu . . .
. . . nnctis niveo vi . . . (3)

4

In basilica Ostiensi, in columna navis mediae a cornu evangelii imo scapo, linea perpetua.

A ☧ Ω. Columna [Pauli] natale x . . *V*alentini*ani* aug. IIII. et Neoteri V. C.
administrante FL. Filippo vir . . . ilian . . o . . . ub praetoria . . . (4)

(1) Edidit Sarazanius in notis ad carm. XV. S. Damasi, animadvertitque hunc esse versum S. Hieronymi in illo carmine quod ad Damasum scripsit. De puteis prae foribus basilicarum vide Rondininium de basilica S. Clem. p. 280, et Suicerum voc. λοντήρ. — Mr.

(2) Ex codice Donii 436. exscripsit Marinius, qui sic fere legendam censet scripturam paulo difficiliorem. — AM.

(3) Allegrantia p. 29; Idem. T. I. p. 29.—Mr.

(4) Sic in libro ms. Marinii. Ceterum paulo aliter distribuebat verba Suaresius in schedis. Et quidem ultima verba *miliana* seu *ilian* etc. praeponuntur apud Mur. p. 392. 2. Vide Margar. p. 256; Marang. res ethn. p. 336. De Fl. Philippo pr. Urb. et consule A. 408. videsis prosop. codicis theod. T. VI. part. II. p. 25; Tillemont ad A. 408; Corsin. de praef. Urb. p. 320.— Escholiis Marinii.

Paulo infra in ipsa columna, alia manu.

Siricius episcopus A ☧ Ω tota mente devotus. (1)

Ibidem in columna, quam aere incisam dedit Ciampinius.

† Arbor poma gerit; arbor ego lumina gesto,
Porto libamina, nuntio gaudia, sed die festo
Surrexit Christus, nam talia munera praesto.
† O qui transitis vitam, rogo, poscite celsi.
† Othonus fieri monachus me iussit olim pius.

Ibidem.

Et ego Nicolaus de Angelo cum
Petro Passaletio hoc opus complevi. (2)

1

Bononiae in cavedio ecclesiae s. Stefani, in ambitu pelvis.

[Ab] umilibus vota suscipe dominis nostris Liut-
prant et Ilprant regibus, et D. N. Barbatu
episc. sanctae eccl. Bonnss. hic IHL sua
praecepta obtulerunt, unde hunc vas in-
pleatur in cenam domini Salvatoris.
Et si qua muna C. minuerit DS. RQ. (3)

2

Nolae in basilica ss. martyrum in epistyliis columnarum hinc inde.

Leo tertius episcopus fecit. (4)

3

Romae in epistylio ad s. Clementis effosso long. ped. XIIII.

Petronius maximus IIII. praefectus et bis consul ord. squalore summoto. (5)

(1) Adnotat Muratorius tunc fuisse annum pontificis Siricii septimum. — A. M.

(2) Ciampin. V. M. T. I. p. 24. sqq. Margarin. p. 42 — Mr. Integre quidem Ciampinius, unde ego hausi. At Marinius in scheda cum lacunis, quas partim habet etiam Margarinius. — A. M.

(3) Sic legendum censet Marinius. Sed tamen confer Mur. p. 1840. 5; Mabill. iter. ital. T. I. p. 198. Mendose Ughellius T. II. p. 112, qui Barbatum collocat in A. 744. Basilicas dictas olim fuisse interdum *Hierusalem*, exempla aliquot docent. *Muna* pro *munera* habes apud Caugium.

(4) Remondin. H. N. T. I. p. 478. 481. — Mr.

(5) Fabrett. p. 702. n. 223, e sched. barberin. Habetur tamen varia lectio *bis* pro *et bis*. — Mr.

1

In vetustissima ecclesia S. Mariae maioris, quae et Rotunda, sesquimiliario ab Nuceria Alfaterna, in columna.

+ De Donis Dei et sancte Marie Magnoaldo prb fecit. + (1)

2

Campiduni in columna coenobii.

Hildegardis DCCLXXIII fundavit.
Carolus DCCLXXIV confirmavit.
Adrianus DCCLXXVII dedicavit.
Andelgarius DCCLXXVIII inchoavit. (2)

3

Romae in villa Albaniorum columnae inscriptum.

+ Petrus pbr tt. huius. (3)

4

Romae in coronide columnarum S. Eustachii.

Ego Stefania pro anima mea et viri mei et filiorum
ad duas columnas erigere feci. (4)

5

Ista columna refert priscam quae in gurgite rubro
Fax fuit alma bonis, nox tenebrosa malis. (5)

6

Florentiae in S. Iacobi prope Arnum, in columna marm. quae periit.

Ad honorem Dei
hanc columnam
fecerunt negotia-
tores rotundam

qui resident in
porta regine que
dicta est sancte
Marie. (6)

(1) Hanc. insc. refert Marinius, nec illustrat. Ipsemet in loco bis legi an. 1826. et 1829. — A. M.

(2) Gerbert. It. german. p. 137. — Mr.

(3) Oderic. p.352; Marin. inscr. alb. p.195.—Mr.

(4) Kirch.hist.Eustach.part.V.cap.5.p.163.—Mr.

(5) Grut. 1165. 3. ex cod. pal. (p.55); Fleetw. p. 524. — Mr. Perperam in schedis Marinii *pax* pro *fax*. — A. M.

(6) Gorius T. III. p. 367. — Mr.

1

Mastichepe, e Busbequii apographo mendosissimo, quod Gruterus p. 1161. 2. sic fere corrigendum existimat.

Ἐκτίσθη ϗ ἱςορέθη μοναςήριον ἁγίων ϗ ἐνδόξων πατέρων ἡμῶν Νικολάου Βασιλείου ϗ Ὑπατίου, ἐπὶ Λέοντος ϗ Ἀλεξάνδρου μεγάλων ἡμῶν βασιλέων ϗ αὐτοκρατόρων, ϗ Ἀντωνίου τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου, ὑπ' ἐμοῦ ταπεινοῦ ϗ ἁμαρτωλοῦ Γρηγορᾶ βασιλικοῦ στράτωρος ϗ δρουγγαρίου γεγονότος, μηνὶ ὀκτωβρίου δεκάτῃ, ἐν ἡμέρᾳ δευτέρᾳ ἰνδικτιῶνος πρώτης, ἔτους ἀπὸ κτίσεως κόσμου ἑξακισχιλιοστοῦ τετρακοσιοστοῦ· Ἀμήν.

2

Amalphi.

+ Ἐνκενήσθη τὸ σεπτὸν
εὐκτήριον τὸ
τρεισολβίου μαρ-
τυρος Οὐάρου [ἐπὶ]
τῆς ἱεραρχίας Στ[εφά]-
νου τοῦ ἁγιωτάτου
ἐπισκόπου τῆς Νεαπολί-
των πόλεως· μηνὶ ὀκ-
τωβρίῳ. (1)

3

In S. Laurentii extra moenia, lapis praelongus in ambone evangelii.

+ Ἐπ . . . σένιος ἡγούμενος ἐκ νέας ἐποιήσατο τὸ πρεσβυτήριον (2) τὸ ν...

4

Smyrnae in domo graecae viduae; eademque inscriptio in domo cuiusdam medici, diversa tamen versiculorum longitudine.

Ἡρηνοποιὸς (sic) πρ. κὲ πατὴρ τοῦ Στέμματος, υἱὸς Εἰακὼβ, κὲ αὐτοῦ πρ. ὑπὲρ εὐχῆς ἑαυτοῦ ϗ τῆς συνβίου μου κὲ τοῦ γνισίου (sic) μου τέκνου ἐποίησα τὴν στ . . οσιν τοῦ εἰσοτικοῦ σὺν τοῖς σκαμνοκανκελυς καλιέργισα γιζ. (3)

Ibidem in alio lapide.

Ἐγένετο τὸ ἔργον σπουδάζοντος Δόσα.

(1) Nov. flor. an. 1771. p. 291. — Mr.

(2) Prior R vocabuli huius scribitur forma latina R non graeca P; quod prorsus idem memini me semel observare in codice mediolanensi Frontonis. — A. M.

(3) In append. ad praefat. Gudii n. XVII. XVIII. e schedis Vander Horst a sacris Belgarum qui Smyrnae negotiantur, quas Hesselio dedit Bukerus. V. Pokoc. inscr. p. 38. n. 5. — Mr.

1

Ravennae in museo archiepiscopali in duobus capitulis columnarum maioris templi.

A. ☧ Ω. Petrus episc. sce Ravent. eccl. coeptum opus *a fun-*
*da*mentis in honore scrm. perfecit. (1)

2

Clusii in cath. eccl. in capitulo columnae, quod sese offert ingredienti parte laeva.

Scs epcs Florentinus ficit. (sic) (2)

3

Ingens et oblongus cippus repertus prope Urbem an. 1793. Litterae satis bonae insculptae in clypeo, cui superimponitur magna crux.

+
Felix VI
ex consule ord.
servus vest. pro

continuis bene-
ficiis vestris
optulit.

4

Te duce Venerius rapidas commiscuit iras,
Atque vesana nimis inimici viria (sic) vicit.
Castule tu dignus prestas cultoribus ista.
Tibi Servatus offert munera supplex. (3)

5

Avenione in equili quodam.

+ Laugerius . psul . iac .
urbis . et . eccle . s . .
ergo . Dei . i . . tu . si
qui . ben . . . vod . .
idibus . iul . bina . . (4)

7

In monasterio s. Stephani de Ribas *dioec. Ariensis.*

+ Cum Dei adminiclo
Frakila abba con-
didit opus
era DCCCCLVI

(1) Spret. T. I. tab. II. n. 67. 68. 73. T. II. part. I. p. 62; Mur. p. 1923. 7. — Mr.
(2) Gorius T. II. p. 401. n. 2. — Mr.
(3) Ex cod. clostend. saec. XI, fortasse s. Damasi. — Mr.
(4) E schedis Suaresii. — Mr.

1

Tergeste in eruendis fundamentis sacelli seu altaris maioris eccl. B. Virginis ad mare *dictae.*

Rufinus custos pro voto suo
fieri curavit pavimentum
an. DXV. (1)

2

Romae in S. Clementis.

Gabinius Vettius
Probianus
Publius stravit. (2)

3

Veronae in pavimento tessellato ecclesiae cathedralis. (3)

Marin . .
col. cum
suis P. x.

Eusebia
cum suis
tessella-
vit P. cxx.

Himeria
cum suis
P. cxx.

4

Aquileiae in S. Felicis in pavimento tessellato. (4)

Constantius
et Thedora
et Theo . .
runi . . .

Concor-
dian*us*
. . . .

Malchus
et Eufemia
cum sui*s*
de do*nis*
Dei *votum*
sol*verunt.*

5

In ecclesia coenobii S. Richarii in dioeces. Ambianensis, humi.

Hoc pavimentum humilis abbas componere feci
Angilbertus ego ductus amore Dei.
Ut mihi post obitum sanctam donare quietem
Dignetur Christus vita salusque mea.

6

In monasterio cremivanensi S. Agapiti dioeceseos Pataviensis.

+ Tassilo dux fortis + Liutpirc virga regalis.

(1) Irenaeus a Cruce hist. Tergest. p. 236, ex quo Furiettus de musiv. p. 74. — Mr.

(2) Mur. p. 1476. 7. ex Donio cl. II. n. 57; Millinius de orator. s. Laurentii p. 26. Vide Corsin. de praef. Urb. p. 265. — Mr.

(3) Maffeius M. V. p. 208; Mur. p. 1865. 7. Furiett. p. 67; Blanchin. monum. libb. Liviae p. 6. — Mr.

(4) Bertol. AA. Aquil. p. 340, 341; Gud. p. 368. n. 12; Mur. p. 1906. 4. — Mr.

1

Ravennae in ecclesia S. Zachariae iuxta labellum calicis.

Offero S. Zachariae Galla Placidia Augusta. (1)

2

Versus Bernowini episcopi arvernensis, qui floruit saec. IX, in calice et patena.

Bernovvinus humilis sua reddit vota tonanti
Hoc corpus humilis . . . praestat vita beata. (2)

3

Wertinae ad Ruram fluvium in monasterio PP. Benedict. parvus calix aereus sub auro, qui usui fuit S. Liudgerio.

+ Agitur haec summus per pocla triumphus
+ Hic calix sanguinis dni nri IHU XPI. (3)

4

Remis in calice argenteo, quem conflari fecit S. Remigius episcopus.

Hauriat hinc populus vitam de sanguine sacro
Iniecto aeternus quem fudit vulnere Christus.
Remigius reddit Domino sua vota sacerdos. (4)

5

Ibidem in calice alio.

Hinc sitis atque fames fugiunt: properate fidelis;
Dividit in populos has praesul Adalbero gazas. (5)

In donariis.

Virgo Maria tuus tibi praesul Adalbero munns.

(1) Agnell. p. 68. — Mr.

(2) Mabill. annal. bened. T. II. p. 669. ex cod. bibl. ottob. — Mr.

(3) Second voyag. de deux Bened. p 234. — Mr.

(4) La Cointe T. IV. p. 750. Edidit Doigheteus de calicibus euchar. p. 196; Marangon. res ethn. p. 414. ex Hincmaro. — Mr.

(5) Duchesnius edidit inter epistolas Gerberti archiep. remensis, qui deinde fuit papa Silvester II, T. II. S. V. Fr. p. 810. — Mr.

1

Romae in museo sacro bibliothecae vatic. circa vas argenteum repertum in vinea Gabriellioru m in monte Caelio, litteris viriculo affabre elaboratis.

. . . te tibi et accipi votum sol . . . (1)

2

Parisiis in thesauro S. Dionysii in pede aureo insignis ex orientali achate carchesii, coelati opere elegantissimo.

Hoc · vas · XPE · tibi · mente · dicavit
Tertius in Francos regmine Karlus. (2)

3

In pyxide argentea reperta initio saeculi XVII. in effossionibus sub ara maxima ecclesiae SS. IV. Coronatorum Romae.

✝ Ad decorē capitis beati Sebastiani Greg. IIII episopp.

4

Romae in museo Albaniorum discus argenteus Perusiae effossus.

De donis Dei et domni Petri. Utere felix cum gaudio. (3)

5

In cathedrali Fori Cornelii, patena argentea.

✝ Quem plebs tunc cara crucis agnus fixit in ara
Hostia fit gentis primi pro labe parentis.

6

Epigramma Sidonii inscriptum conchae argenteae oblatae ab Evodio reginae Gothorum Ragnahildae Eurici coniugi.

Pistrigero quae concha vegit tritone Cytheren,
Hac sibi collata cedere non dubitet.
Poscimus, inclina paulisper culmen herile,
Et munus parvum, magna patrona, cape.

(1) Marinius legendum censet: *hoc vas Christi tibi*, ut mox n. 2.

(2) Felibien. hist de l' abb. de s. Denys p. 545. Vide mus. vat. T. V. p. 20. Supple autem *devota et sublimus*. — Mr.

(3) Fontanin. disc. arg. excus. p. 3; Vermil. inscr. perus. T. II. p. 474. Est in bibliotheca vaticana persimilis argenteus discus, sed anepigraphus in quo tamen eques perimit aprum, habetque sub pedibus canem. — Mr.

Evodiumque libens non aspernare clientem,
Quem faciens grandem, tu quoque maior eris.
Sic tibi, cui rex est genitor, socer, atque maritus,
Natus rex quoque sit cum patre, postque patrem.
Felices lymphae, clausae quae luce metalli,
Ora tamen dominae lucidiora fovent.
Nam cum dignatur regina hic tingere vultus,
Candor in argentum mittitur e facie. (1)

7

In theca argento contexta, in qua an. 946. collocatae videntur reliquiae Hidulphi episcopi. In antica parte.

Quorum munere sum tali vestitus honore,
Digni reddantur divino semper amore.

In postica vero.

Hac si me tunica quisquam nudaverit ultra,
Conquerar hoc iustis in dextra parte futuris. (2)

8

Metis in stylobate tholi argentei quatuor columnis suffulti in cathedrali ecclesia.

Ut scelerum noxas redimam tibi, conditor orbis,
Offero templi huius humilis Adventius arcem.
Irradiat Trinitatis honor splendifluus aram;
Redde medullata in templo holocausta sacerdos.
Ast quin purus amor dedit hanc in honore superno,
Hostia pura Deo, sindupla talenta reportans;
Haec danti in terris bona reddas praemia caeli,
Compuncti cordis lacrymas hinc suscipe clemens. (3)

(1) Sirmond. T. I. p. 535. Saveronus p. 251. legit *Theoderica coniugi.*

(2) Mabill. an. bened. T. II. p. 16; Mur. AA. m. aev. T. III. p. 702. — Mr.

(3) Sammart. Gall. ch. T. XIII. p. 718 — Mr.

1

In basilica monasterii Petershusani, cuius fundamenta iecit S. Gebehardus episcopus Constantiensis saec. X labente, in quatuor tabulis argenteis littera aurea legebatur.

Hoc opus exiguum diversis artibus auctum
Fert tibi Gregori snpplex devotio servi
Praesulis indigni, quem tu cum plebe fideli
Coniungas turmis precibus pater alme supernis.

2

Modoëtiae in corona aurea gemmis ornata.

+ Agilulf grat. Di vir glor. rex totius Ital. offeret
sco Iohanni Baptiste in ecla Modicia. (1)

3

Romae in museo Francisci Barberini viri eminentiss. vetus corona argentea reperta an. 1632 in horto PP. Carmelitarum ad titulum Equitii.

+ Sancto Silvestro ancilla sua votum solvit. (2)

4

In corona Pipini.

Christe fave votis Pipini gratia regis,
. . . quam misit supplex dignare coronam.
Corpore quo passus iacuisti vita sepulchro,
Et de quo surgens solvisti vincula mort is,
Illum tu firma regno pariterque salute,
Coniuge quin etiam, necnon et stirpe nepotum,
Pro quorum vita partimque haec munera regno
Obtulit aeternum sperans Pippinus honorem. (3)

(1) Mur. S. R. I. T. I. p. 460; Fris. M. Modoët. p. 42; Fontanin. de cor. ferr. p. 72; Oltroch. H. L. p. 453. aliique. — Mr.

(2) Philippin. hist. s. Silv. etc. p. 51. — Mr.

(3) Second. voyag. de deux Bened. p. 292. ex vet. cod. biblioth. coenob. s. Maximini trevirensis. — Mr.

1

Tabella aerea reperta Mediae in Transilvania anno 1779.

Ego Hemonius votum posui.

2

Romae in S. Mariae transtib. Gregorius IV PP. obtulit signum $\overline{XPI}$ habens navicellas II, ac murenas III, in catenulis III. lilio et uncino, cum epigraphe. (1)

De donis Dei et sanctae Mariae $\overline{\text{domn}}$. $\overline{\text{Gregor}}$. PP. IV.
Qui puro corde obtulit III. gabatas saxiscas.

Item canistra argentea IV. sic inscripta.

Sanctae Dei genetrici Gregor. IV. PP.

Item in S. Mariae ad praesepe donavit vestem auro textilem habentem in circuitu albas virias cum eius nomine sic.

Domni Gregorii IV. PP.

3

In operculo codicis insignis evangeliorum S. Eusebii episcopi vercellensis et martyris. (2)

+ Praesul hic Eusebius scripsit, solvitque vetustas:
Rex Berengarius sed reparavit idem.

EVSEB. $\overline{\text{EPS}}$.

Argentum postquam fulvo deprompsit et auro,
Ecclesiae praesul optulit ipse tuae.

(1) Severan. hist. p. 309. ex Anastas. T. III. p. 17. 1823. 26.; Thes. dipl. T. III. p. 257; Oldoin. ad Ciac. T. I. p. 600; Baron. T. XIV. p. 250. — Mr.

(2) Ephem. flor. T. II. p. 519; Blanchin. vindic. script. div. et in evang. quadr. T. II par. II. p. 575; Donat. diptych. p. 115, aliique. — Mr.

1

In diptycho. (1)

✝ Pr ó esulis imperi à is

Bertoldi clauditur omnis

te à Xtus evan à gelii

redimitus honore decenti

ὁ ἅγιος
Ἀνδρέας

ὁ ἅγιος
Πέτρος

MP ΘΥ

Mater Christi
cum ipso
filio

ὁ ἅγιος
Παῦλος

ὁ ἅγιος
Θωμᾶς

2

Modoëtiae in secretario, in tabulis quibus evangeliorum codex integitur, ex lamellis quae aureis gemmis ornantur.

Parte dextera.

De donis Di offrit (*sic*) Theodelenda reg.
gloriosissema sco Iohanni Bapt.

Parte sinistra.

In baselica quam ipsa fund.
in Modicia prop. pal. suum. (2)

3

Ratisponae in duobus lapidibus, qui servantur in monasterio S. Hemeramni, in quo insignis codex evangeliorum A. 870 furtim ablatus cum corpore S. Dionysii mart. ex parisiensi S. Dionysii monasterio, et dono Arnulpho imperatori datus, qui ecclesiae sanctorum concessit.

Sub Ebulone abbate mon. sci
Dionysii Gisalbertus furavit.
Furatus est V. non. iun.

Huc venit II. non. dec.
tempore Tutonis epi. (3)

(1) Vide addenda ad T. III dipt. p. 21; Borg. de cruc. velit. p. 92. — Mr.

(2) Sic lamellas octo confusas ordinat legitque Frisius monum. Modoët. diss. I; Maff. M. V. p. 369. 8, et rursus p. 181. Cyriacus nov. fragm. p. 46; Thes. dipl. T. II. p. 208; Mur. S. R. I. T. XII. p. 1070; Paciaud. de. S. Io. Bapt. p. 267; Bascap. hist. Mediol. p. 10; Fontanin. disc. arg. p. 26. ex Mabill. It. ital. T. I. p. 11; et de cor. ferr. p. 32. — Mr.

(3) Mabill. analect. T. IV. p. 54. — Mr.

1

Fuldae, versus Rabani in theca evangeliorum.

Hanc thecam ad laudem Christi sic condere iussit,
Rhabanus praesul, servus et ipse Dei.
In quo et evangelium sanctum gestetur honeste,
Quando lecturus hoc diaconus erit. (1)

2

Ratisponae in monasterio S. Hemeramui exstat insigne evangeliarium scriptum A. 870 iussu Caroli Calvi; prima tabula, qua tegitur, obducitur aurea lamina gemmis margaritisque ingentis pretii ditissima, et sculpturis graphio seu viriculo ductis illustri. In medio visitur imago Servatoris sedentis, dextra benedicentis, sinistra librum apertum ostentantis, cui inscripta haec verba leguntur ego sum via veritas et vita. *Adstant in angulis quatuor evangelistae sedentes, scribentesque cum eorumdem symbolis. In S. Iohannis est* in principio. *In volumine explicato S. Matthaei:* liber generationis. *Ibidem eodem artificio oculis subiiciuntur quatuor historiae evangelicae, vendentium scilicet et ementium a Christo eiectorum, leprosi mundati, caeci illuminati, item adulterae mulieris absolutae, quae stat ante Iesum digito scribentem* si quis sine peccato. (2)

3

Versus Hincmari archiep. remensis inscripti tabulis aureis evangeliarii.

Sancta Dei genitrix et semper virgo Maria,
Hincmarus praesul defero dona tibi.
Haec pia quae gessit, docuit nos Christus Iesus,
Editus ex utero, casta puella, tuo. (3)

4

Ravennae in evangelio, quod auro et gemmis iussit ornari Petrus archiepiscopus.

Domnus Petrus antistes ob diem ordinationis suae
sanctae ecclesiae sic obtulit. (4)

(1) Rabanus T. I. p. 218. n. 107. — Mr.
(2) Sanftl. dissert. de cod. s. Hemeramui p. 29. — Mr.
(3) Sammart. G. C. T. IX. p. 41. — Mr.
(4) Mur. S. R. I. T II. part. I. p. 57. 58; Amades. T. I. p. 103. 104; de Rubeis p. 153. — Mr.

1

Ibidem in S. Ioh. evang. circa lucernam ex auro optimo, cum cereo rostrato.

Parabo lucernam Christo meo. (1)

2

Florentiae in museo Mediceo in antiqua lucerna reperta Romae in hortis Ioh. Francisci Morellii coelimontanis in vicinia ecclesiae S. Stephani.

Dominus legem
dat Valerio Severo.
Eutropi vivas. (2)

3

Auximi in bractea argentea super arca S. Leopardi episcopi.

+ Scs Leopardus. (3)

4

Metis in bractea aurea circulari, ad imaginem Mariae virg. caelata ab Tutilo circa annum 912.

Hoc panthema pia caelaverat ipsa Maria. (4)

5

Ravennae in vasculo chrismatario argenteo ex opere anaglyptico.

Servus Christi Maximianus archiepiscopus hoc chrismatarium
ad usus fidelium fecit fieri. (5)

6

Oveti, in camera sancta, inter prisca regum donaria, arca est duos pedes longa, tabellis pretiosissimis ex achate auro circumclusis compacta, gemmis etiam undique dives, cum hoc titulo in fundo, qui totus argenteus est.

Susceptum placide manet hoc in
honore Dei, quod offerunt famuli
Christi Froyla et Nunilo cognomento
Scemena. Hoc opus perfectum est
et concessum est sancto Salvatori ovetensis.
Quisquis auferre hoc donaria nostra
Praesumpserit, fulmine divino intereat.
Ipse operatum est era DCCCCXLVIIII. (6)

(1) Mur. ibid. p. 57; de Rubeis p. 95. — Mr.
(2) Mamach. T. III. p. 9; Blanchin. II. E. quadr. T. I. part. II. p. 340; Bellor. lucern. p. 31; Gor. tab. I. p. 68; Foggin. de itin. S. Petri p. 484. — Mr.
(3) Compagnon. T. I. p. 39; Raffaell. A. A. di Cingoli p. 124; osserv. sopra Cingoli p. 145. — Mr.
(4) Mabill. annal. bened. T. III. p. 315. — Mr.
(5) Agnell. p. 108; de Rubeis p. 164. 165. — Mr.
(6) Morales exscripsit edidítque in scholiis ad lib. III. oper. s. Eulogii cordub. p. 59. Vide inscriptionem similem, ubi de Adenulfo, Bibl.PP.T. XV. p. 274. — Mr.

1

Romae in pallio altaris ecclesiae S. Petri.

Pastor ovile Dei servans sine crimine Petre,
Qui praebes XPI pabnla sancta gregi;
Tu Caroli clemens devoti munera regis
Suscipe, quae cupiens obtulit ille tibi.
Hildegarda pio cum quo regina fidelis
Actibus insignis mentis amore dedit. (1)

2

In velo quod a Chintila rege Romae dicatum est.

Discipulis cunctis Dominus prelatus honore,
Dignus apostolico primus honore coli,
Sancte tuis Petre meritis hec munera supplex
Chintila rex offert. Pande salutis opem. (2)

3

Modoëtiae in corporali, quod a magno Gregorio missum ferunt Theodolindae.

Extat inscriptio excusa apud Mabillon. in itin. Ital. p. 214; cuius plane insolitas litteras quoniam nec ipsi doctissimi explicare potuerunt Mabillonius atque Marinius, ponere nobis heic non licuit.

4

Lugduni in ecclesia S. Stephani extat insignis palla altaris Remigio archiepiscopo dono data a Berta comitissa, uxore Gerardi de Rossilione comite Provinciae saec. IX, in cuius medio agnus depictus est, cum litteris aureis A et Ω, et in orbem hi versus. (3)

Agne Dei mundi qui crimina dira tulisti,
Tu nostri miserans cunctos absolve reatus.

In dextra parte circuli.

Hic panis vivus coelestisque esca paratur.

(1) Grut. p. 1163. 9. ex cod. pal. (p. 29); Fleetw. p. 416; Baron. T. XIII. p. 97. Vide Venant. Fort. T. I. p. 100. 107. — Mr.

(2) Ex cod. clostend. exscripsit Garampius. Porro nescio cur Marinius titulum ponat his diserte verbis: *in velo quodam Chintilane rege Rome dictum est.* Num ita mendosissime in codice se habebat titulus? — A. M.

(3) Mabill. annal. bened. T. III, p. 133. — Mr.

In sinistra.

Et cruor ille sacer qui XPI ex carne eucurrit

Per longum.

Sumat perpetuam pro facto Berta coronam,
Haec cuius studio palla hoc effulgurat auro.

In extremis vero pallae circumquaque partibus.

Remigius praesul Christo per saecula vivat.

1

Remis in bombycino panno, quo corpus S. Remigii ab Hincmaro involutum fuit, intextis ex filo argenteo et serico litteris.

Sancte Remigi pontifex Domini pretiose, cum pietate memento mei Hincmari, nomine non merito episcopi, indigni quoque sed devoti servi tui. (1)

2

Ravennae in duabus endothis byssinis, quas fierit iussit S. archiep. Maximianus.

In una circa eius imaginem scriptum fuit.

Magnificate Dominum mecum, qui me de stercore exaltavit.

In altera.

Parce Domine populo tuo, et memento mei peccatoris, quem de stercore exaltasti in regno tuo. (2)

3

Ibidem in museo Classensi laciniae casulae diptychae ex serico et argento contextae, cui appictae erant tamquam in clypeis plures sanctorum nec non episcoporum imagines suis quaeque nominibus distinctae. (3)

Montanus eps	Lucillus eps	Felix eps
Innocentius eps	Gricinus eps	Silvinus eps
Petronius eps	Zeno eps	Theodor. eps
Scs Firmus eps	Agapitus eps	Concess. eps
Michael eps	German. eps	Verecund. eps
Saturnin. eps		

(1) Ibid. p. 17. ad an. 852.
(2) Agnell. p. 108. — Mr.
(3) Collectio ferrariensis T. XVI. p. 156. — Mr.

1

Ibidem in basilica Ursiana inscriptum endothae ex auro puro cum staminibus sericis, in qua imagines quinque.

Victor episcopus Dei famulus hunc ornatum ob
diem resurrectionis domini nostri Iesu Christi
anno V. ordinationis suae obtulit. (1)

2

Remis in pulvino ex panno rubeo bombycino supposito capiti s. Remigii ab Hincmaro, litteris aureis.

Hoc opus exiguum praesul clarissimus Hincmar
 Alphedi iussit condere sicque dare.
Ille quidem iussit, sed et haec mox laeta peregit,
 Protulit et factum quod modo cernis opus.
Quae sub honore novo pulvillum condidit istum,
 Quo sustentetur dulce sacrumque caput.
Remigii meritis Alphedis ubique iuvetur,
 Ipsiusque preces hanc super astra ferant. (2)

3

Balignae, secundo ab Aquileia lapide, in nolario.

Summū sume bonū Ds hanc turrim accipe donū
 Ansfredi patria quem tuus a propria
Egit amor. Merces sit ei, qui cuncta coerces.
 Pax sit, amena quies, perpetuusque dies. (3)

4

Cordubae in monasterio S. Hieronymi, olim in ecclesia S. martyris Zoyli, inscriptum campanae litteris implexis.

Offert hoc munus Sanson abbatis in domum sancti
Sabastiani martyris Christi, era DCCCC et XIII.

(1) Agnell. p. 103. — Mr.
(2) Mabill. annal. bened. T. III. p. 17. ad an. 852. — Mr.
(3) Mur. p. 1828. 2; Bertol. p. 413. 595. 596. — Mr. Verba *hanc turrim* habet Marinius, non tamen Bertolius vel Muratorius qui scribunt Ds E ... S *accipe donum*. — A. M.

1

Arelate in archivio ecclesiae maioris inscriptum campanae maximi moduli.

Mentem sanctam spontaneam voluntatem et patriae liberationem.
Amalricus archiepiscopus me fecit fieri anno millesimo. (1)

2

Fuldae in nolario Capituli.

Praeceptis fratres hoc signo convocat omnes,
Exemplo Domini cum lavat unde pedes.
Nec non consilium constat si forte gerendum,
Nec moniti signo conveniunt subito.
Laudibus et noctis interdum vita peractis
Captamus somnum si dederit sonitum.
Caeperit at radiis Phoebus conspergere lucem,
Hoc resonante sopor ocius omnis abit. (2)

3

Cymacli in nolario maioris ecclesiae.

✝ Tem. dn̄. Feli. T. R. B. arcp̄. sce̅ eccl.
Rav̄. edf̄. Vinceutius primu̅
ep̄s ecc̄. sc̄i Cassianici cum
primu̅ edific. per ind. VI. ✝
felici.

(1) Petrus Saxinius hist. pontif. Arelat. p. 196. — Mr.

(2) Ex Bibl. P. P. lugdun. T. XXVII. p. 523. post versus Strabi galli monachi fuldensis, discipuli Rabani. — Mr.

CAPUT III.

BONA IN COMMODA ECCLESIARUM DONATA LEGATA.

I

***Romae ingens tabula affixa parieti atrii basilicae vaticanae* (1).**

Dominis sanctis ac beatissimis Petro et Paulo apostolorum principibus Gregorius indignus servus ☧
Quotiens laudi vestrae usibus servitura quedam licet parba conquirimus, vestra vobis reddimus, non nostra largimur ☧
ut haec agentes non simus elati de munere set de solutione securi. Nam quid unquam sine vobis nostrum est ☧
qui non possumus accepta reddere, nisi quia per vos iterum et ipsum hoc ut redderemus accepimus. Unde ego vester
servus reducens ad animum multum me vobis beati apostoli Petre et Paule esse devitorem propter quod ab uveribus
matris meae divinae potentiae gratia protegente intro gremium ecclesiae vestrae aluistis, et ad incrementum
per singulos gradus usque ad summum apicem sacerdotii licet inmeritum producere estis dignati; ideoque
hoc privilegii munusculum humili interim offerre devotione praevidi. Statuo enim et meis successoribus
servandum sine aliqua refragatione constituo, ut loca vel praedia cum olibetis qui inferius describuntur,
quos pro concinnatione luminariorum vestrorum a diversis quibus detinebantur recolligens vestra vobis dicavi,
inmutilata permanere. Id est in patrimonio Appiae mass. Victoriolas olibetu in fund. Rumelliano in integro.
Olibetu in fund. Octabiano in integro. Mass. Trabatiana. Olibet. in fund. Burreiano ut sp. Olibet. in fund. Oppiano ut sp.
Olibetu in fund. Iuliano in integro. Olibet. in fund. Viviano ut sup. Olibet. in fund. Cattia
Olibet. in fund. Solificiano ut sp. Olibet. in fund. Palmis ut sup. Olibet. in fund. Sagaris ut sp.
Olibet. in fund. Marano ut sup. Olibet. in fund. Iuliano ut sp. Olibet. in fund. Saturniano ut sp.

(1) Donius p. 51; Bullar. vat. T. I. p. 7; Severan. hist. 113; Fontanin. disc. p. 34. 35; Marin. papyr. p. 225.; Bolland. T. VII. iun. p. 43; Blanchin. praef. ad Anast. T. I; Rocca T. II. p. 411; Gallett. T. I. p. 11; Bullar rom. T. I. p. 142.; S. Gregor. M. T. IV. p. 327; Baron. ad an. 604. n. 14. De massa Caesariana Symmachus lib. X. ep. 48.

Olibet. in fund. Caniano et Carbonaria ut sup. Mass. Cesariana. Olibet. in fund. Florano ut sup.
Olibet. in fund. Prisciano et Grassiano ut sup. Olibet. in fund. Pascurano ut sp. Olibet. in fundo
Variniano ut sup. Olibet. in fund. Cesariano ut sp. mass. Pontiana. Olibet in fund. Pontiano ut sp.
Olibet. in fund. Casa Romaniana ut sp. Olibat. in fund. Tattiano nt sp. Olibet. in fund. Casa Florana ut sp.
Mass. Steiana. Olibet. in fund. Berrano ut sp. Olibet. in fund. Cacclano ut sp. Olibet. in fund. Pontiano nt sp.
Olibet. in fund. Aquiliano ut sp. Olibet. in fund. Steiano ut sp. Olibet. in fund. Cassis ut sp. Mass. Tertiana
Olibet. in fund. Camelliano et fund. Tortilliano ut sp. Olibet in fund. Casaculi ut sp. Mass. Neviana
Olibet. in fund. Arcipiano ut sp. Olibet. in fund. Corelliano ut sp. Olibet. in fund. Ursano nt super.
In patrimonio Labicanens. Mass. Algisia. Olibet. qui est ad tufu inxta Anagnias in integro ☧
Olibet. qui est in Silbula et Modicas Talias Catagemmulum ac milit. Olibet. in Aplineas in integro ☧
Olibet. qui est in Claviano. Olibet. quem tenet Franculus colonus in fundo Ordiniano in integro ☧

t

Romae in cryptis vaticanis (1).

. . . .

Petro, Theophanio, Sergio, I*ordane*,
seu Iohanne; adstantibus quoque diaconib. Moscho archidiacono, Zaccharia,
Iohanne, Theophulacto, atque Gemmulo,
vel cuncto clero; antefatus domnus Gregorius apostolicus papa dixit: reduco ad
animum, sanctissimi fratres mei, qualia mihi
et quanta mirabiliter XPS DS noster contulerit bona, et quomodo me indignum ad
tanti apicis fastigium (2) sua pietate dignatus fuerit
evocare; et stupesco, nihil aliud valens
retribuere potentiae eius, nisi solas age-

(1) Dionys. crypt. vat. tab. IV. et V; Turrig. p. 70-71; Blanchin. praef. ad Anast. T. I. n. 37. — Mr.
(2) *Fastigium* mendose deest in scheda Marinii; sed extat apud Ciampin. A. S. p. 101. — A. M.

re gratias, et indesinenti prece gloriosnm eius conlaudare nomen. Quis enim, ut ait propheta, loquatur potentias Dñi, auditas faciat omnes laudes eius? Vel quid retribuam Dño pro omnibus que retribuit mihi? calicem salutaris accipiam et nomen Dñi invocabo.

1

Ibidem.

. . . . . .
trae s . . .
Gregorius . .
apostolicus . .
sanctissimi inten . .
positioni ea quae anc . .
quoram beati Petri apo . .
sub interdictu anath . .
Sanctissimi episcopi et vene . .
teri responderunt: gra . .
ter dictu apostolicae . .
haec quae salubri cons . .

visa sunt stabiliri deb . .
quis audeat exsistere t . .
Gregorius sc̄imus ac *beatissimus apostolicus* papa dixit · Si qu . .
privilegii definitionem ve . .
rit, anathema sit · Et *responderunt omnes* tertio anathema *sit* ·
Gregorius gratia Dī episc*opus catholicae* atque apost*olicae urbis* Romae huic privileg*io* . . .
. . . . . .

2

Romoe in SS. Iohannis et Ponli in monte Coelio.

S. Gregorii magni PP. praeceptum confirmotionis bonorum, praesertim fundorum Mucioni, Cosconis, Pretorioli, et Casacatelli, in agro Veliterno, pro titulo Pammachii, nempe ecclesia urbana SS. Iohonnis et Pauli, duabus marmoreis tabulis insculptum, ibique adservatum, Stephanus Borgia diligentissime exprimi curavit anno MDCCLXXVIII.

✝ Gregorius ēps servus servorū
Dī dilectissimis in xpo filiis Dsdedit car.
et Iohi arhipbro · tt scor Iohis et Pauli ꝯ
et per vos in eodē tt · im pp (1) · Credite speculationis impellimur (2) cura etiam ardore xpiane

(1) Id est *in perpetuum*, heic et in fine inscr. — A. M.

(2) In tabula excusa *impellimus* — A. M.

religionis et studio divini cultus permovemur ☙
pro venerabilioru pioruq· locoru percogitare
stabilitate atque Do servientiu securitate
ut hoc proveniente pio labore et anime XPO
dicatae eiq. se illi diebus vite eorum servi-
re decreverunt, perseverent inperturbate
nec non in illa maneant e fine tenus·firma · que
a xpianis in Di laude cstructa sunt ☙
Quia igitur dilectio atque religiositas vra
petiit nobis quatinus hos fundos
in integro sitos · territ · Bellitrinensi
mil· XXII· ac in aliis locis ☙

† Territ · Beltr · mil · XXII.
Fund. Mucianus in integro.
Fund. Cosconis in integro ubi sup·
Fund.Pretoriolus in int. ubi supra.
Fund.Casacatelli in integ. ubi supra.
Fund. Proclis in int. via Appia ml· XIII.
Fund.Virginis in int. via Appia ml. II cum pantan.
Fund. Capitonis via Ardeatina mil. III.
Fund.Fonteianus in int. via ssta ml. V.
Fund. Fausianus in int. via ssta mil. pl. m· XII.
Fund·Lausianus in int. via ssta ml. ssto.
Fund.Carbonariorum in int. via ssa m. p· VIIII·
Fund.Publica in int· via Latina mil. pl. m. XI·
Fund.Casaquinti in int. via Latin. m. pl. m. XI·
Fund.Lacitianus in int. via Lavicana m. XV.
Fund·Sergianus in integro ubi supra.
Fund.Septeminis (1) in int. via *sic*
Fun. Cesarianus in int. via Penestrina m. XXX.
Fn. Stagnis in int. via Latina ml· pl. m. XXX.
Fun· Casa luci in int. ubi supra·
Fun. Casacellense via Apia ml. XIII.
vre aeccle cfirmaremus
et nos ita cfirmamus ut si quisque (2)
temerator extititerit, anathe-
matis vinculo subiaceat in pp. ☙

(left margin, vertically:) † NOTITIA FUNDORUM IURIS TITULI HUIUS

(right margin, vertically:) † CONSTANTINUS SERVUS SERVORUM

(1) Ita scheda Marinii. At *Septenius* Blanchinius T. I. praef. ad Anastas. n. 49 — A. M.

(2) Ita Blanchin. At scheda Marinii *si quis D.* Denique in dextro latere Blanchinius habet *notitia fundor. iuris huius titul.* — A. M.

1

Romae in ecclesia S. Pauli in cornu evangelii.

✠ Gregorius episc. servus servorum Di Felici subdiac. et rectori patrimonii Appiae.
Licet omnia quae haec apostolica habet ecclesia beatorum Petri ac Pauli, quorum honore et beneficiis adquisita sunt,
Do sint auctore communia, esse tamen debet in amministrationa actionum diversitas personarum, ut in adsignatis cuique
rebus cura adhiberi possit impensior. Cum igitur pro ecclesia beati Pauli apostoli sollicitudo nos debita commone-
ret ne minus illic habere luminaria isdem praeco fidei cerneretur qui totum mundum lumine praedicationis implevit; et val-
de incongruum ac esse durissimum videretur, ut illa ei specialiter possessio non serviret, in qua palmam sumens marty-
rii capite est truncatus ut viveret, utile indicavimus eandem massam, quae *sic* aqua salvias nuncupatur, cum omnibus
fundis suis, id est, Cella vinaria, Antoniano, Villapertusa, Bifurco, Primianiano, Cassiano, Silonis, Corneli,
Tesselata, atque Corneliano, cum omni iure instructo instrumentoque suo et omnibus generaliter ad eam
pertinentibus, eius cum xpi gratia luminaribus deputare. Adicientes etiam eidem cessioni hortos duo po-
sitos inter Tiberim et porticus ipsius ecclesiae euntibus a porta civitatis parte dextra, quos dividit fluvius
Almon, inter adfines horti monasterii sci Stephani, quod est ancillarum Di, positum ad scm Paulum et ad-
fines possessionis Pisiniani; simul et terrulas quae vocantur fossa latronis positas. Idem iuxta ean-
dem porticum euntibus similiter a porta parte sinistra, ubi nunc vineae factae sunt, quae terrulae co-
haerent ab uno latere possessioni Eugenitis qd scolastici, et ab alia parte possessioni monast. sci Aristi. Quae
omnia quoniam Do adiuvante per antedictas ecclesiae praepositos qui per tempora fuerint a praesenti sep-
tima indictione volumus ordinari. Et quidquid exinde accesserit luminaribus eius inpendi, atque ipsos exin-
de ponere rationes. Idcirco experientiae tuae praecipimus ut suprascriptam massam aquas salvias cum prae-
nominatis omnibus fundis suis, nec non hortus atque terrulas, quae superius continentur, de brevibus suis delere debe-

at ac auferre; et cuncta ad nomen praedictae ecclesiae beati Pauli apostoli tradere: quatenus servientes sibi praepositi omni post hoc carentes excusatione, de luminaribus eius ita sine nostra studeant sollicitudine cogitare, ut nullus illic umquam neglectus possit exsistere. Facta vero supra scriptarum omnium rerum traditione, volumus ut hoc praeceptum in scrinio ecclesiae nostrae experientia tua restituat. Bene vale.

Dat. VIII. kal. februarias imp. dno Fhoca (sic) pp. aug. anno secundo et consolatus (sic) eius anno primo ind. septima. (1)

1

In basilica S. Pauli grandis tabula, litteris optimis et rubricatis.

✝ In nomine dni Di salvatoris N.
IHU XPI breve facta a me
Gregorio tertio papae
de oblationes quae offer-
re debentur per singulos
dies in ecclesia beati
Pauli apostoli. Statui
enim offerri id est in
prima missa ad cor-
pus oblatam unam. In sec-
unda missa ad scm Timotheum
oblatam unam. In tertia mi-
ssa ad imaginem Salvatoris
qui et apostolorum, oblatã
unam. In quarta missa ad
scm Gregorium ad ianuas
oblatam unam. Deinde in
missa quinta ad altare
maiore oblatas duas: quod
simul fiunt cotidianis di-
ebus oblatas sex; quae
ab ecclesia offerantur in
basilica tua, domine meus
beate Paule apostole. Quẽ
breves titulum auctorita-
te apostolica omni tempo-
re confirmamus sub
anathematis interdi-
ctu, ut nulli liceat suc-
cessorum nostrorum
minueri predictas obla-
tiones: sed si voluerit ad
laudem et ad honorem eius-
dem beati Pauli apostoli
augeri, augeat. Nos vero
ideo dedimus hoc maiore al-
tare monachi (2) ut hec omnia fiant
omni tempore. (3)

2

Ibidem in pavimento.

✝ Agapitus et . .
Henes Prima fi . .
descendes
et in ipso
currente i . .
cuas rebus desu . .
novi esse donata . .
confirmo in ecla beati . . (4)

(1) Margarin. n. 245; Baron. ad an. 604. n. 14; inter epistolas S. Gregorii M. ed. vet. lib. XII. ep. 9. p. 539; Ciampin. A. S. p. 110; Rocca T. II. p. 401; Gallett. T. I. p. 5. — Mr.

(2) Dic *monachis*. — A. M.

(3) Nullam invenio Marinii illustrationem huius inscriptionis, quae soloecismis non caret. — A. M.

(4) Margarin. n. 217. saec. VIII. vel IX. — Mr.

1

Ibidem in columna optimis litteris.

+ Leo eps servus servorum Dei
omnib. xpianis. Notitia conte-
stationis. Qnicnq. dona vel ·
oblationes sacratissimi al-
taris gloriosi Pauli apli
totiusq. templi eius ab usu
et utilitate hic Do servienti-
um tollere presumpserit
aut qui rectore per pecunia
vel aliqnod malu ingenium
in hoc loco contra statuta pa-
tru nostrumq. praeceptu ordina
verit; sive qui hereditate huius
loci destruendo vendere vel co-
parare ausus fuerit; omnipoten-
tis Di maledictione in corpore
suo suisq. reb. habeat. Quod
facere presupsit, evacuetur:
infamis sacrilegus ab omnibus
habeatur: testimoniu eius in
nullo placito recipiatur:
qnicquid possederit, ad rem pu-
blica transferatur: et si non
resipuerit, auctoritate caelorum
principu in inferno dapnetur.
Fiat fiat fiat. (1)

2

Romae in pavimento basilicae S. Mariae maioris effossa an. 1743, cessit marmorario, mox advecta Florentiam apud Rinuccinios.

In hoc tumulo dormiunt Sergia et Bonif*acius* g-
ermani filii Theophilacti vesterarii et Theodor*ae*
vesterarisse, quae vixit mensib. VII. et qui vixit anno I . . *co*-
ncessim. nos Theophilactus vesterarius et Theo*dora*
vesterarissa fundnm integrum qui nomi*natur*
nzanus positum territorio nepisino cum *om*-
nibus suis emolumentis in ecclesiae sce D*ei gen*-
itricis virginis Mariae domine nre in u*sum t*-
antumodo mansionariorum pro animab. ser . .
t Bonifatii filiorum nrorum. Siquis vero hoc
novis sup. scriptis iugalib. scae Di genitric*i vi*-
rgini Mariae oblatu subtraere volnerit, vel vo . .
senserit a do patr. et dno IHU XPO perpetuo anat*hemate i*-
nnodetur; et ipse fundus sub iuris nri heredum qui . .

(1) Margarin. n. 384; ex eoque Mur. p. 1901. 5. cum adn.; Panvin de VII. U. E. p. 72; Gallett. T. I. p. 17. — Mr.

In alio latere.

D·

Sulpiciae Sergi fil · ·
magistrae matri · ·
blato publicae ei sepultur · ·
decurionum ob honorem et · ·
quod sola novo exemplo hono · · *U-*
lpia M. F. Sabina mater adempt · ·
cluso ab eadem republica pi · ·
c monumentum a solo cum aedificiis et t · ·
circumdatum testamento fieri praec · ·
marito suo. Quod ne de nomine excedat su · · *Au-*
reli Erasini generi sui et Aureliorum er · ·
nepotum suorum et Sulpici Quint . . . . . *li-*
bertis libertabusque posteris*que eorum*· (1)

I

Tabula II· in porticu S· Mariae in Cosmedin·

✝ Haec tibi preclara vir-
go caelestis regina sca su-
per exaltata et gloriosa do-
miua mea Di genetrix Maria
de tua tibi offero dona ego
humillimus servulus tuus
Eustathius inmeritus dux,
quem tibi deservire et huic
scae tuae diac. dispensato-
rem effici iussisti, tradens
de propriis meis facultati-
bus in usu (sic) stius scae diac. pro
sustentatione XPI pauperum
et omnium hic deservient-
um diaconitarum, ob meorum
veniam delictorum. Haec
inferius adscripta loca id
fund. Pompeianu cum casis et
vineis fundorum Trea Scrofa-
nu et Mercurianu seu campis
cum casis et vin. seu olibetis.

(1) E schedis abbatis Tannii Callettus de veterar· p. 45. 46. cui dedit Carampius, non sine varietatibus in secunda inscr. *publice honorem ei*. Gallet. *Eracini*. Vide Cancellarium de secretar. T. I. p. 374. — Mr. Apud quem excidit unus versiculus. — A. M.

fund. antiq. unc. IIII seru. cu casis
et bin. nec non holibetis si-
mul bineas qu sunt in portis
tabulas VI ꝺ + Item ego Ge-
orgius gloriosissimus offero
unc. III. fund. anticu cum casis
et bineis seu olivet. fund. Agellii
in integro cum omnib. ad se pertinenti-
bus. Quod visus sum ego qui supra
offerere una cum germano mio
. . . oavi. . .

+ Et bu . . . nec non . . . et bineas qui sunt in Pincis bersuras III ꝺ seu alias V. bersuras bubaricas qui sunt in fuud Ar . . . ani cum casis et bin. simul V bersuras in ssto fund. quod data sunt ab eredib. germanae meae: mola quem data est ab eredibus Pauli iuxta eadem di III. uncias : molae qui datae s bineas tabul. XI. qui sunt in Ageit: bineas tabul. iis qui sn in Testacio: nec non tabul. XVIII. q sunt in sco Gordiano: nec non tabulas II ó q sunt in sco e . . uplum de bero diptic. p qui pro temp. fuerit faci . . quodtidiana miss. accipiat a patre solid. III ꝺ Et si quis prenmpser. tam de his locis q-ae a me offerta sunt et ordinata, bel a ceteris xrian. oblata sunt, bel in posmod. offerta fuerint, ab usu et potestate huius sce diac. alienare, aut monitzionem exinde cuiquam facere, sciat se districtus ratziones redditurum esse eidem Dei genetricis in futuro iudicio. Insuper et anathematis binculo sit innodatus, et a regno Di alienus, atque cum diabulo et omnibus impiis aeterno inccndio deputatus ☧ (1)

1

Treviris in S. Paulini, in lapide pulcherrimo.

Hoc est sanctuarium Deo dilecti Trevirorum archiepi Modaldi, cuius sanctitatem xpo devotus rex Dagobertus, sicut in precepto eius de ecclesia trevirensi continetur, verbis magnificavit, et citra Renum et fluviu Ligerim rebus magnifice ditavit. (2)

(1) Mur. p. 1867. ex Crescimben. hist. S. Mariae in Cosm. p. 62. 72 ; Fontanin. disc. p. 23 ; Gallett. T. I. p. 418. 419. et de primicer. p. 62 ; Nerinius p. 48 ; Brut. T. XVII. p. 30. V. Carl. A. A. italic. T. IV. p. 97. — Mr.

(2) Grut. p. 1056. 3. ex Apiano ; Brower. annal. trevir. T. I. p. 353 ; Flectw. p. 446. — Mr. Grut. et Flectw. *Modadi*. Sed iidem ridicule *grel* et *grell* pro *citra*. — A. M.

1

Romae in S. Nicolai in carcere, in columna, quae secundo loco se offert intrantibus parte dextra.

+ De donis Di et
sce Di genetrici Marie
sce Anne scs Simeon et sce
Lucie ego Anastasius ma-
ior domu ofero bobis pro nata-
licies bestre binea tabul. VI
QP in portu seu
bobes paria II, inmentas V, pecora
XXX, porci X, furma de rame libras
XXVI, lectu sitratu in utilita-
te pbr seu aleo lecto sitra-
to at mansionariis equi
sequentibus
+ Ic requiescit in ante (1).

2

Romae in porticu S. Mariae in Cosmedin e ruinis dirutae ecclesiae S. Valentini, grandis lapis.

Sume Valentine martir hec dona beate.
Que tibi fert opifex Teubaldus corde benigno.
Hec itaque sunt que tibi beatissime
martir idem Teubaldus concessit, quatinus sint in usu
sacerdotum in perpetuum Do tibique hic servientium.
Id est domus duas solaratas iunctas in vicino tuae ecclae
cella iuxta eande ecclam. Orticellu cu olivis retro ecclam sci
Nicolai. Vinea in Antoniano, missa-
le · I, antifonaria · II, unu diurni aliuq nocturni officii, feriales II,
libru geneseos cu istoriis canonicis, passionarium, dialogu, cum
scintillario, imnaria · II, libru ex moralibus, calice argenteu exaura-
tu cu calamo et sua patena, turibulu argenteu, manuale. I.
Si quis vero beatissime martir ex his que tibi a iamdicto Teubaldo conces-
sa sunt, et vel ab illo aut ab aliis concedentur temerario ausu aliquid
abstulerit, distraxerit, vendiderit, vel fraudaverit, sit sepatus a Deo omiu
que xpianor. consortio; quin et perpetuo percussus anathemate, atque cum
diabolo et omnibus impiis iunctus aeterno incendio exuratur.
Tempore pontificis noni summique Iohannis
Est sacrata die suppremo hec aula novembris
Dum quinta elabentem indictio curreret annum. (2)

(1) Mur. p. 1826. 4, ex Fontanin. disc. p. 25. cum variet.; Turrig. p. 414; Mur. A. m. a T. II. p. 1011. *Lectus stratus* apud S. Greg. M. lib. XII. ep. 211. *Lecti strati* meminit regula S. Bernardi cap. 53. — Mr. Perperam Fontanin. et Mur *tabulam* pro *tabul. VI.* Moxque Mur. *PP*; at Font. *RP*. Item uterque *iumenta su* pro *iumentas V*. Sed prae ceteris aberrat Turrigius, apud quem tamen est ultimus versiculus, qui deest apud Font. et Mur. — A. M.

(2) Mur. p. 1956. 1. ex Crescimben. p. 92; Blanchin. praef. ad Anast. T. I. n. 49; Turrig. p. 320; Mur. T. III. A. M. A. p. 839; Brut. T. XVII. p. 29. 1; Gallett. T. I. p. 420. — Mr.

I

Ibidem grandis tabula (1)

+ Ego Romanus pbr divinae dispensationis gratia scissimi confessoris xpi Nicolai aecclae, quae in carcere dicitur, procurator vel rector decerno et firmiter statuo ut quecumq. bona tam ex parentibus et affinibus meis quā ex multis amicis divine bonitatis largitione acquisivi, et hactenus possidere videor, praedicta scissimi patris Nicolai aeccla pro salute animae meae post obitū meū perpetuo iure possideat, hec scilicet: aquimolum unum, unam pedicam de terra quam campsi cum monasterio sce Mariae in Aventino: aliam pedicam quam emi ab Albertucio cum vineis: item pedicam quam emi a Crescentio filio Benonis de Sergio. Similiter terram quam emi simul cū pantano a Rustico filio Iohis Hirsuti, et terrā quam emi a Georgio fratre predicti Rustici. Item duas pedicas quas campsi cū aeccla sce Mariae in campo martio. Terrae quidem iste omnes sunt in Mustaciano. Item in Casaferrata terra quam cum vineis suis emi a Stephano de Paulo, et terra quam acquisivi a Buccone cum orto. In territorio vero Albanensi ad cantarum quatuor petias vinearum. Similiter III domus, unam quam emi ab Eudo, aliam in qua modo habito, aliam quae intra se puteum continet. Item unus pluvialis, unū optimū atq. integrū paratū, dalmatica I, tunica I, tres albe, cum tribus stolis et manipulis et amictibus atq. cingulis. Ite V libri de pentateuco, moralia Iob, Beda super psalterium, liber prophetarum, liber sermonum I, liber concordiae, liber manualis I, calix argenteus cum patina, crucem argenteam I, unum integrum paratum minoris pretii. Ex

(1) Crescimb. hist. S. Nic. in carc. p. 246; Gallett. T. I. p. 421.; Torrig. p. 322; Ugon. stat. p. 266. — Mr.

his autem bouis quaccumq. meo studio vel labore vel quolibet modo prefate aecclae sua bonitate largitus est Ds mei temporis regimine, fideliter ac devotissime omnia ista que subscribuntur praeparare studui. In Mustaciano pedica I de terra. In Casaferrata XI orti cum IIII petiis vinearū. Item ad S. Mariam, que appellatur in Parvi, VII petiae vinearum. Et in Albanensi territorio ad cantarum IIII petie vinearum, una domus que fuit Iohis de Giso. Item alia domus que est sub domo Theophilacti Manducafarina. Similiter alia domus que fuit Eudonis. Item textus evangeliorum cum tabulis deauratis, I. crux, et I. calix argenteus, et II. turibula, et dorsale I. C. solidorum, et II casselle argentee, et II parata integra, unius aquimoli medietas in insula, in macello argasteria IIII. Quicumq. igitur scorum canonum transgressor vel violator et sce religionis inimicus tremdum Dei indicium non pertimescens, aliquid ex supradictis bonis a sci Nicolai aeccla quolibet modo alienare pracsumpserit, excepta pauperū causa tempore famis, omnipotentis Dei et beatorum apostolorum principum Petri et Pauli et beatissimi Nicolai, cuius res agitur, et omnium scorum, nec non dni UR. PP atq. omnium romanorum pontificū iudicio, una cum catholicis omnibus, quorum consilio et auxilio anathema hoc conposuimus non solum a corporis et sanguinis Domini perceptione eum separamus, sed etiam a sce aecclae liminibus in praesenti et in futuro excludimus et a totius xpianitatis societate eum sequestramus, perpetue quoque maledictionis anathemate illum constringentes, cū diabolo et angelis eius omnibusq. reprobis in aeterno supplicio condemnamus, nisi resipuerit et per condigna emendationem aecclc satis fecerit. Fiat, fiat, fiat. Amen.

I

Romae in SS. Michaëlis et Magni.

✠ In nomine Domini. Tempore Leonis IIII. imperante Carulo magno imperatore eo tempore, quo Petri basilica a Saracenis capta fuerat, tunc

denique pro totius mundi capite turbato totus mundus turbatur, omnis Gallia cum rege Carulo ad tuendum illam venerunt: unde contra inimicos domini bella

Domini decertando quidam mortui sunt, et in cripta iuxta Neronis palatium sepulti. Eodemque tempore a Leone papa et rege Carulo ad honorem Michaëlis archangeli super illos facta

est ecclesia. His ita peractis rex Apuliam adiit eamque sancto Petro et Romae subiugavit. Per idem tempus exercitus in Galliam revertens, tres illorum milites de Frisia,

Ilderado de Grouinga, et Leemoth de Stavera, et Hiaro, et Celdui ancilla Dei de Slinga: hi beati Magni corpus in loco

qui dicitur Fundi invenerunt: quo invento, in illorum provinciam portare, et condere decreverunt; sed divina gratia cooperante, postquam ad Sutrinas partes ventum esset, amplius

deferre non prevaluere; qui bis et ter territi et per somnium moniti, Romam revertentes, sanctum corpus secum tulerunt. Unde factum est quod illorum devo-

tionis causa partem brachii a se segregari ab illis permisit; partes autem ceterae in cripta praedicta remansere; super quam, sicuti dictum est,

ecclesia iam fuerat facta. Deinde omni anno simul beneficium optimum date ibi decreverunt, scilicet trecentas marchas

argenti pro illorum, et ubique requiescentium redemptione, et im (sic) perpetuum, seu divites seu pauperes, in eadē supra-

dicta Archangeli basilica et beati Magni ecclesia iuxta eam ab eisdem constituta, hospitalia, quando a suis

partibus venirent, agerent. Idcirco nostrorum aliorumque omnibus pateat, si ipsi vel quicumque hoc decretum rumpere temptaverint,

sciant se perpetuo dampnatos et maledictos, et praedicti pontificis anathematis vinculis in inferno, nisi

resipuerint, cum diabolo colligatos; in hac autem vita miseros, pauperes, et dispersos, et iterum de libro vitae caelestis deletos,

et de regno Christi deiectos. Confirmantibus fautoribus huius decreti. Et gratia sit benedicti Christi, et fruantur utriusque vitae gaudiis. Am. (1)

(1) Ughell. T. VII. p. 891; Severan. de VII. U. E. p. 296; Baron. in not. ad martyr. ad diem 8. aug.; Bolland. T. VIII. sept. p. 69. seqq. T. VII. iun. p. 41. 2. 3. T. III. aug. p. 710.; Gallett. T. I. p. 271 Oldoin. ad Ciacc. T. I. p. 574; Bollas. vol. T. I. p. 24; Turrig. p. 487. — Mr. Sed enim in dubium revocatur monumentum hoc apud Marinium in schedis, citata Ciampinii ms. adnotatione. — A. M.

1

Romae in basilica S. Mariae maioris.

Noto rogatarioq· meo scribendam dictavi cuiq. subter manu propria litteris grecis subscripsi et testib· a me rogitis optuli subscribendam ; allegandi etiam gestis quib. placuerit et tempore quo volueritis, si necessum, non spectata denuo mea professione, ex more concedo licentiam de quare quibus q. omnib. sstis stipulatione et sponsionem sollemniter interposita. Act. Rom. imp. die cons. et indict. ssta ꝺ + Fl· Xanthippi filia qd Megisti imperialis a secretis huic chartul. usufructuarie donationis de ssta massa qa paganicense in integro cum fundis et casalibus suis, idest F. Arturianus, F. Garganus, F. Mattianus, F. Viarus, F. Criscianus, F. Turita, F. Solinianus, F. Casa Porcinari, F. Calvisianus, F. Rubianu, F. Sipicianus, F. Bubianus unc. sex, F. Ucupia, F. Casa Viti, F. Eruttianus, F. Ferratulas, F. Casulari, F. Calgianus unc. quattuor, F. Pistore, F. Petrociana, F. Casa Basili, F. Optavianus, F. Arbuscianus, F. Gurgus, F. Casa Gini, F. Turanus, F. Rubianus, F. Felianus, F. Manilius, F. Oclata, F. Cottianus unc. sex, F. Filipianus, F. Orcianus, F. Triscasas et ortu vineatu intro civit. Signina; nec non et F. Candicianu in integro et omnibus ad eis generaliter pertinentibus. Fact. a me in omnes mansionarios essentibus et introeuntibus perenniter basilicae scae Dei genetricis Mariae qa ad presepe pro oblatione animae nostrae sicut superius legitur ad omnia ssta relegens consensi et subscripsi et testes qui subscribent rogavi ꝺ + Fl· Anastasius tribb. sci Petri ꝺ + Theodatus adorator numeri Theodosiac. ꝺ + Ego Georgius opt. num. mil. Sermisiani ꝺ Fl. Epiphanius aurifex ꝺ + Theodorus acol. scae rom. eccl. huic chartul. usufructuarie donationis de ssta massa qa Paganicense cum fundis et casalibus suis in integro, nec non et fund. qa Candiiani in integro, omnibusq· ad eis generaliter pertinentib·, excepto mancipiis et mobilibus rebus seseq.mobentib. Fact. a Xanthippi GLF. in omnes mansionarios essentibus introeuntibus perenniter basilicae scae

Dei genetricis q̄a ad presepem sicut superius legitur rogitis a ss̄ta donatrice q̄np· scripsimus ipsa presente testes subscripsimus et hanc donationis chartulam in presenti traditam vidimus &

✝ Ego Theodorus ŪII tabell. urb. Rom. scriptor huius chartul. usufructuariae donationis post testium subscriptones et traditione facta complevi et absolvi.

✝ Temporibus domini n̄ri sanctissimi Gregorii quarti papae ex rogatu Radonis not. reg. s̄cae rom̄. eccl. Hoc ex authenticis scriptis relevatum pro cautela et firmitate temporum futurorum his marmoribus exaratum est. (1)

1

Romae in hypogeo ecclesiae S. Sabae in magna et longa tabula, cuius tamen quatuor lineae tantum scriptae olim fuerunt.

✝ Gregorius c̄ps servus servorum Dei dilecto filio n̄ro Eugenio a nobis consecrato egumeno in subscripto loco qui nominatur cella Muroniana supra portam beati Pauli apl̄i ubi est aecc̄la recondita ad honorem imaginis d̄ni D̄i.

2

Romae in S. Barbarae.

✝ In nomine d̄ni n̄ri IHΩ XPI. Ille praesidet bene reb. in saeculo qui sibi de caducis conparat praemia sempiterna, et de rebus transitoriis mercatur caelestia. Proinde ego Ioh̄s de Crescentio de Roizo cum coniuge mea Rogata pro redemptione animae n̄rae et parent̄u omnium nostrorum renuntiamus et emittimus ecc̄la beate Barbare virginis tibi d̄no IHΩ XPO cum omnia sua pertinentia et nulla condi-

(1) Marin papyr. p. 141 cuius vide adnot. p. 299. Ipse Marinius collocat hoc monumentum circa medium saeculum sextum.

cione nec ad nullum hominem concebimus
aliquā potestatē nec iure in nullā
ecclām. Si qui contra hanc refutationem
quam sponte fecimus causare voluerit,
anathema sit, et abead partē cū
Iuda traditore et ōs qui in nece Dñi
conspiraverunt, usque dum emenda-
verit· Fiat, fiat. Agathe. (1)

1

Romae in S. Mariae transtiberinae in summitate arae principis in tabula marm.

Digna licet nequeam offerre praemia donis
famulis sed propria vota quaeso domina libens
suscipe ut fundi Puliani omnem portionem
mihi generaliter pertinentem cum vinei-
s et terris erga seriem documentorum
eius Veliterno siti terr*it*-
orio, miliari XXV. Domus haec sancte et *sem-*
per virginis et Dei genetricis *Ma-*
riae quae Calisti vocatur· Haec te
hereditate possideat quam quis-
quis ex eius conditione pri . . .
liquo modo ipsam inven . . .
nis tempore ultricem sit . . .
rariam ✝ Γenerto (2)
Mexuisnave Τpemma

2

Romae in S. Clementis reperta tabula an. 1725. apposita arae aversa facie.

✝ Hisraeliticus Deo offerebat populus ruri ꝺ
alius quidem aurum, alius namque argentum ꝺ
quidam quoque aes, quidam vero pilos caprarum ꝺ

(1) Gallett. primicer. p. 331. — Mr.

(2) E schedis abb. Terribilinii. — Mr. Ego heic lego graece *γινέσθω fiat*. Infra autem latine *me exuis nave*? denique graece *θρέμμα*? — A. M.

Infelix autem ego Gregorius primus pbr almae ø
sedis apostolice huiusque tituli gerens ð
curam, ac beati suppremus cliens Clementis
offero de tuis haec tibi XPE thesauris ð
temporibus sciss. Zacchariae presulis summi ð
per martyrem et scm parva munuscula tuum ð
Clementem, cuius meritis merear delictis carere ø
atque ad beatam aeternam ingredi vitam ð
Aisti, quantum habes, regnum valet caelorum ø
Suscipe hos Dne velut minuta viduae queso ð
veteris novique testamentorum deniq. libros ð
octateuchum, regum, psalterium, ac profetarum ð
Salomonem, Esdram, storiarum ilico plenos ø
Require syllabarum lector sequentiam harum ð

I

Romae in S. Gregorii ad clivum Scauri.

. . . .

suavitate perpetui regni terroreq. aeter-
ni supplicii pensans. Unde ego servorum
Di servulus offero vobis bea-
sic
to Andrea apostole beateque Gregori parvum munusculum, quod
flagitamus Dei clementia vestraq. opitula-
tio ut in vestro cenobio dignemini defensa-
re, videlicet calicem et patenam cum gemmis
deauratis, aliu cero unius libre, et patenam
dimidie, liber antiphonariis diurnis et noc-
turnis horis separatis voluminibus, misseque
paratu cu planeta de paleo, et liber
comite . . . ita vo si abbas vel
mane in huius . . . (1)

(1) E schedis barberinianis Suaresii. De libro *comite* videsis Caugium voc. *comes*, et Mabill. annal. lib. XXVI. n. 61. Gallettius inscr. rom. T. III. p. 507. dicit extare humi apud S. Gregorium, sed ipse edidit imperfectiorem. — Mr. et A. M.

I

Romae in S. Susannae fragmenta sex ingentis tabulae marmoreae, cuius particula nunc est in xystis vaticanis. (1)

✝ Dilectissimo filio Iohanni per . . . .
.. virginis et martyris XPI Susannae, et per eum eidem vene . .
.. Sergius (2) episc. servus servorum DI dum apostolicis pontifi*cibus*.
.. providentiae suae dignatione dns noster IHS XPS eccles su*ae* . .
.. t ecclesiasticarum rerum dispensationem commiserit pr . . .
.. ate qui vicem apostolorum principis gerit libratione per . . .
.. est ut peraequari debeant ecclesiarum subiacentium q . . .
.. gentiam sustinenti succurri quatenus non altera la*boret* . . .
. . ae quocirca considera . . .
. . martyris XPI Susannae qu . . .
. . tuta est ad luminaria ve . . .
. . aestus nec ulla in eode . . .
. . qui pro tempore consti . . .
. . ius inveniat aequum es . . .
. . is eiusdem ecclae emolum*entis* . .
. . *mi*sericors DS noster interc*essione*
. . scae virginis et martur*is* . . .
ad apostolicum culmen non pro meritis . . .
. . humanitatis suae gratu . . .
. . meam praedestinaverit . . .
. . . .
. . tem solidos tres fundo . .
. . via numentana fun . . .
. . fundu Caesarianu posi tu
*in territo*rio Nepesino omnes sstos
*f*undos in *in*tegro. Item de p*atrimonio* Appiae fundu Casulam *cum* vineis et om*nib*. ad eu pertinentib. positu in clivo Aricino ex *co*rpore mas*sae* Ocranae, et de fundo Curtiano uncias III cu *ca*sis et vinei*s posit*. ssta bia sub campo barbarico pariter et i . . et alias in *u*ncias fundi Capitonis cu casis et vineis servo . . . *terri*torio scae Faustinae posito via Latina miliar. pl. m. XII. iux*t*—

(1) Edidit Marinius papyr. p. 215. 216. cuius videsis adnotationes.

(2) Secundum vel tertium Sergium intelligit Marinius.

    Restituens statuis praemia quae dederat.

(1) Moral. lib. XI. cap. 3.

(2) Videtur dicendum *deerant*, et infra *deerat*. — A. M.

1

Aniciae Faltoniae
Probae, fidei, nobilitatis antiquae ornamento anicianae
familiae, servandae et
docendae castitatis
exemplo, consulum
proli, consulum matri,
Anicius Hermogenianus
Olybrius ∂ V ∂ C.
consul ordinarius
et Anicia Iuliana C. F.
eius devotissimi filii
dedicarunt. (1)

2

Aniciae Faltoniae
Probae Amnios Pincios
Aniciosque decoranti,
consulis uxori,
consulis filiae,
consulum matri,
Anicius Probinus V. C.
consul ordinarius
et Anicius Probus V. C.
quaestor candidatus
filii devincti
maternis meritis
dedicaverunt.

3

Beneventi, ante dirutam eccl. S. Spiritus.

. . . .
iustitia admirabili castitate conspicuo
. . . atori fori pro . . parte conlapsi iu ruin.
conditori moenium, restitutori regionis,
viae novae reparatori thermarum commodianarum restitutori, collegiorum reparatori,
porticus Dianae reparatori, basilicae Lougini ac totius prope civitatis . . . .
hostile incendium conditori . . .
insignia eius in omnem pro . . . in . . .
praecipuaque in se et patriam . . merita
populus Benevent.
ad aeternam memoriam
statuam conlocavit. (2)

(1) Grut. p. 352 6. Vidit Smetius.

(2) De Vita T. I. p. 271. n. 26; Borgia T. I. p. 145. In tomo XVI. diurnalis pisani p. 287. legitur dissertatio praedicti De Vita super hac inscriptione.

1

Romae in basi reperta ad busta gallica.

Tyranniae Aniciae
Iulianae C·F· coniugi
Q· Clodi Hermogeniani
Olybrii V. C. ♉
consularis Campaniae,
proconsulis Africae,
praefecti urbis ♉
praef. praet· Illyrici,
praef. praet. orientis,
consulis ordinarii,
Fl. Clodius Rufus C. P. ♉
patronae perpetuae. (1)

2

Alicubi Romae, in basi marmorea.

Aniciae Faltoniae
inlustrissimae et
sanctissimae
castissimae feminae
Hermogenianus Olybrius
V. C. consul ordinarius
et Anicia Iuliana C. F.
D. D. (2)

3

Romae in aedibus Rospiliosiorum.

Dominae matri
Val. Maximillae
nob. fem.
Val. Romulus V. P.
pro amore
adfectionis eius
matri carissimae. (3)

4

Gortyniae in Creta.

'Ανίκιον Βάσσον
τὸν λαμπρότατον
ἀνθύπατον Καμπανίας
δόγματι τοῦ κοινοῦ πάσης
τῆς ἐπαρχίας Οἰκουμένιος
Δοσίθεος 'Ασκληπιόδοτος
ὁ λαμπρότατος ὑπατικὸς
τῆς Κρητῶν ἐπαρχίας
ἀνέστησεν. (4)

5

Ibidem.

Πετρώνιον Πρόβον
τὸν λαμπρότατον
ἀνθύπατον καὶ
ἀπὸ ὑπάρχων πραιτωρίων
Γ̄ δόγματι τῆς λαμπρᾶς
Γορτυνίων βουλῆς
ὁ Οἰκουμένιος Δοσίθεος
'Ασκληπιόδοτος
λαμπρότατος ὑπατικὸς
ἀνέστησεν. (5)

(1) Grut. p. 353. 1. Vidit Smetius. — Perperam in scheda Marinii *Hemmogeniani*. — A. M.
(2) Grut. p. 353. 2. Vidit Smetius. Mur. p. 1411. 14.
(3) Maff. M. V. p. 312. 6.
(4) Grut. p. 1090. 20; Pocok. inscr. p. 43. V. Cornel. Cr. sacr. T. I. p. 245. et Grut. p. 1094. 4. 1090. 11.
(5) Pocok p. 43. n. 5; Corsin de PrU. p. 25.

1

Romae in palatio ducum Bracciani, in basi.

Ἰωάννης Παλαιώτης σμυρναῖος
ἄπτωτος

ob fortitudinis merita et virtutis cu-
mulum hoc quod excellens artis ro-
bur, ex praecepto invictissimorum
principum DDD. NNN. FFF. LLL. Valenti-
niani Theodosii et Arcadii Iohan-
nes ut inter omnis pollens
loc. statuae videatur. (1)

2

Gortyniae in Creta.

Τ. ΦΛ. Ὑπάτιον τὸν λαμπρότατον ἀπὸ
ὑπάρχων πραιτορίου δόγματι τοῦ
κοινοῦ πάσης τῆς ἐπαρχίας
Οἰκουμένιος Δοσίθεος Ἀσ-
κληπιόδοτος ὁ λαμπρότατος
ὑπατικὸς τῆς Κρητῶν ἐπαρ-
χίας ἀνέστησεν. (2)

3

Constantinopoli in templo S. martyris Procopii in Chelone, inscriptum statuae Platonis eunuchi, qui sub Basilisco imp. vivus combustus fuit.

Ὁ μετατεθεὶς θεμάτια
τῷ βρόχῳ παραδοθήτω. (3)

4

Messanae in aedibus senatus.

Ἐλπὶς ἡ τοῦ Βοίθου. (4)

(1) Exscripsit Lupius.

(2) Grut. p. 1094 4; Cornel. Cr. sacr. T. I. p. 142. Wesseling. itin. Ant. qui hunc T. Fl. Hypatium ait fuisse pr. praet. ex Ammiano lib. XXIX. 2. V. Grut. 1090. 23.

(3) V. Suidam Προκόπιος.

(4) Inscr. Sicil. cl. XIX. n. 24. p. 304. n. 26. inter spurias. Vide inscriptionem metricam cuius initium *Helpis*.

CAPUT VI.

LEGES, AEDIFICIA, LOCA PUBLICA PRIVATA.

1

Stratoniceae in Caria ingens lapis a cl. viro Bankio anglo circa annum MDCCCXVI. exscriptus, quo continetur Diocletiani de pretiis rerum venalium lex. Eiusdem legis aliud exemplar in lapide item exaratum, atque ex Aegypto, ut aiunt, advectum, extat Aquis Sextiis in Gallia; in eoque solo tituli legislatorum Impp. ac Caesarum, et quidem mutili, superfuerunt; quos deinde italus vir doctissimus, inclinatis ob distinctionem litteris, feliciter supplevit. (1)

DD · NN · IMPERATOR · CAESAR · C · AVREL · VAL · DIOCLETIANVS
· P · F · INV · AVG · PONT · MAX · GERM · MAX · VI · SARM · MAX · IIII ·
PERSIC · MAX · II · BRITT · MAX · ARMEN · MAX · MEDIC · MAX · ADIA-
BENIC · MAX · TRIB · P · XVIII · COSS · VII · IMP · XVIII · P · P ·
PROCOSS ·

ET · IMP · CAES · M · AVREL · VAL · MAXIMIANVS · P · F · INV ·
AVG · PONT · MAX · GERM · MAX · V · SARM · *MAX · IIII · PERSIC ·*
MAX · II · BRITT · MAX · ARMENIC · MAX · MEDIC · MAX · ADIA-
BEN · MAX · TRIB · P · XVII · COSS · VI · IMP · XVII · P · P · PROCOSS ·

ET · FLA · VAL · CONSTANTIVS · GERM · MAX · II · SARM · MAX ·
II · PERSIC · MAX · II · BRITT · MAX · SARM · MAX · ARMENIC · MAX ·
MEDIC · MAX · ADIABEN · MAX · TRIB · P · VIIII · COSS · III · NOBIL · CAES ·

ET · C · VAL · MAXIMIANVS · GERM · MAX · II · SARM · *MAX · II ·*
PERSIC · MAX · II · BRITT · MAX · ARMENIC · MAX · MEDIC · MAX ·
ADIAB · MAX · TRIB · P · VIIII · COSS · II · NOBIL · CAES ·

(1) De hoc insigni monumento verba fiunt in libris per eruditissimos viros Romae nuper editis, nempe *Memorie romane di antichità e belle arti T. II. p.* 29. *an.* 1825. Item *Atti della Archeologia rom. T. II. p.* 683. *an.* 1825. Denique *Giornale arcadico T. XCVII. gennaio* 1827. p. 41. Ego vero ne hoc meum inscriptionum volumen tali monumento carere sinam (quod dio post cl. Marinii obitum lucem aspexit) hoc iure uti videor, quod Constantius, Constantini magni pater, auctor legis cum Diocletiano est; ideoque ad christiana tempora pertinere hoc monumentum quodammodo potest. Observarunt romani editores notam fuisse hanc legem ex Idatio fast. cons. ad an. CCCII; item (sed obscurius) ex Mamertino geneth. ff. XV; praetereaque Gisbertum Cuperum (anno MDCCXII.) narrare in epistola, se accepisse stratonicensis inscriptionis exemplar ms. ex Asia. Nemo tamen praedictorum adnotavit extare huius legis palmare testimonium apud aequalem Diocletiani Lactantium de mort. pers. cap. VII. ff. 9. quod ego idcirco libenter recitabo, quia legis ipsius historiam ex hoc testimonio belle cognoscimus. *Idem* (Diocletianus) *quum variis iniquitatibus immensam faceret caritatem,* LEGEM PRETIIS RERUM VENALIUM *statuere conatus est. Tunc ob exigua et vilia multus sanguis effusus, nec venale quicquam metu apparebat, et caritas multo deterius exarsit; donec* LEX *necessitate ipsa, post multorum exitium, solveretur.* — Ang. Maius.

D I C V N T (1)

1 Fortunam rei publicae nostrae, cui iuxta immortales deos bellorum memoria quae feliciter gessimus gratulari licet, tranquil-
2 lo[a] orbis statu, et in *gremio* altissimae[b] | quietis locato, etiam pacis bonis, propter quam sudore largo laboratum est, disponi fideleter[c], adque[d] ornari decenter, honestum publicum et ro-
3 mana dignitas | maiestasque desiderant; ut nos, qui benigno favore numinum aestuantes[e] de praeterito rapinas gentium barba-
4 rarum, ipsarum nationum clade conpres|simus[f], in aeternum fundatam[g] quietem *populorum nostrorum* saepiamus. Etenim si eos[h] quibus nullo sibi fine proposito ardet avaritia desaeviens,
5 qua[i] sine res|pectu generis humani, non annis modo vel mensibus aut diebus, set[k] paene horis ipsisque momentis, ad in-
6 crementa[l] sui et augmenta festinant[m], aliqua continentiae | ratio frenaret; vel si fortunae communes aequo animo perpeti possent hanc debachandi[n] licentiam, qua pessime in dies eius-
7 modi[o] sorte lacerantur; dissimulando[p] | forsitam[q] adque[r] reticendo religiosi in deos videremur; cum detestandam inmanitatem[s] condicionemque[t] miserandam communis animorum patientia tempera-

(1) Monumenti huius textus, expletis coniectura sapiente lacunis, in ephemeridibus arcadicis exhibetur. Ego tamen textum meum malui ex ipso lapidis stratonicensis apographo, quod inter acta archaeol. rom. excusum in aere est, derumere; haud neglectis ubi visum est supplementis; ita tamen ut universam palaeographiam ad normam lapidis stratonicensis revocaverim; haud equidem ut alienam libertatem consiliumve reprehenderem, sed ut institutum meum in his vulgandis vetustae aetatis monumentis sequerer. Utinam vero aquisextiensis quoque lapidis apographum in aere similiter excusum fuisset! Tum demum de tota re longe facilius ac tutius constituissemus. Verum id aliquando factum iri non dubitemus. Interim ad fidem meam declarandam, dicam subinde in minoribus adnotationibus varietates omnes, quibus lapis stratonicensis ab exhibito in ephemer. arcadic. textu differt: supplementa vero coniecturalia modo retinebo, modo secus, prout instituti mei ratio suadebit. Lapidis tamen intolerandos aliquot errores corrigam; sed de re fideliter lectorem admonebo. Versus denique ipsos praelongi lapidis lineolis distinguam, et ob legentium commodum numerabo. A. M.

a Lapis *liceotranquillo*, vitiose erasi.
b Editio *altissima*. Sed spatium erosi lapidis demonstrat legendum *altissimae*.
c Ita lap. Ed. *fideliter*. Sed *e* pro *i* saepe Symmachus et inscriptiones.
d Ita lap. Ed. *atque*. Sed *adque* archaismus perfrequens est.
e *Aestuantes* plane mihi non placet neque satis credibile videtur, quamquam in tumida abnormique et exorbitante elocutione versamur. Certe in lapide stratonicensi non legitur nisi . . *antes*. Verumtamen si forte lapis aquisextiensis perspicue habet *aestuantes*, contradicere veritati nequeo.
f Ed. *compr*. At *conp*. pro *comp*. saepe in codd.
g Sic lap. *fundatam*; ita ut sequentis vocabuli *quietem* lateat *m* in lapidis litura. Igitur in alieno supplemento *populorum nostrorum universitatem* delevi meo iure vocab. *universitatem*.
h Lap. *eo*. Ed. *eos in*. Mihi tamen *in* necessario addendum non videbatur.
i Ita lap. At ed. *quae*.
k Ita lapis, ut saepe in codd.; at idem infra *sed*. Ed. *sed*.
l Lap. *incrementa*.
m Ita lapis; et recte, quia respondet τῷ *eos*. At ed. *festinat*.
n Ita lapis, non *debacch*.
o Lap. *diesmsmodi*, vitio a erasi.
p Lap. *dissimulandi*, et mox *reticendi*.
q Ita lap. *m* pro *n*, ut in aliis monumentis non semel. Adi indicem orth. Frontanus, et ind. palaeogr. in T. II. classaut. vet. p. 388.
r Ed. *atque*.
s Ed. *imm*. In codd. saepe *inm*. pro *imm*.
t Lap. vitiose *quae*.

8 ret. | Sed, quia una est cupido [a] furoris indomiti, nullum communis necessitudinis habere [b] dilectum [c]; et gliscentis avaritiae ac rapaci-
9 tatis [d] aestuantis ardoribus [e], | velut quaedam religio apud inpro-*bos* aestimatur [f], in lacerandis fortunis omnium, necessitate po-
10 tius, quam voluntate destitui; adque ultra | conivere [g] non pos-sunt [h] quos ad sensum miserrimae condicionis [i] egestatis extrema
11 traxerunt; convenit prospicientibus nobis, qui parentes sumus | generis humani, arbitram rebus in*tolerandis curam adhibere*; ut quod speratum diu humanitas ipsa praestare non potuit, ad [k] com-
12 mune omnium temperamen|tum remedii provisiones nost*rae suppe-ditent* [l]. *Huius* quidem causae, quantum communis omnium con-
13 scientia recognoscit, et ipsarum | rerum fides clamat, paene sera pro-*curandae* [m] consilia molimur, et remedi inventa [n] comiubemus [o]; ut
14 quod expectandum fuit per iura naturae, | in gravissimis deprehensa delictis ipsa se emendaret humanitas: longe melius existimantes
15 non ferendae direptionis notas a communibus iudiciis | ipsorum sensu adque arvitrio [p] supmoveri [q], quos cottidie in peiora praeci-pites [r], et in puplico [s] nefaria [t] quadam animorum caecitate
16 vergentis [u], inimicos [x] singulis, | et universis reos atrocissimae [y] in-humanitatis gravis nox*a* ediderat [z]. Ad remedia igitur iamdiu re-rum necessitate desiderata prorumpimus [aa]: et securi quidem que-
17 rellarum [bb], | ne aut [cc] intempestivo aut superfluo medelae [dd] nostrae interventu [ee], vel apud inprobos [ff] levior aut vilior aestimaretur [gg],
18 qui tot annorum reticentiam nostram, | praeceptionem [hh] mode-

a Ita lap. At ed. sed *quam illi quibus est cupido*.
b Ed. *habere velint*. Ego delevi supplementum *velint*, respiciens ad superiorem lapidis lectionem *quia una est*.
c Ita lap. *dil.* pro *del.* Et quidem sic in mss. non semel vidi. Ed. *del.*
d Lap. (si recte se habet impressio in aere) *atrapacitatis* pro *ac rapacitatis*.
e Lap. *ardoribus*.
f Ita lap. At in ed. *quadam religione apud improbos firmatum aestimetur*. Ego mutationes et supplementa omisi.
g Ita lap. At ed. *atque se ultra continere*.
h Ed. *possunt*.
i Ed. *conditionis*. Sed *condicio* constanter fere in codd. scrip. v. ind. Frontin.
k Lap. *et*.
l Haec supplementa mutationesque aliena non recepi.
m Ne haec quidem aliena supplementa recepi.
n Lap. *ut remedii inventa*.
o Ita lap. cou pro c n. Ed. *componi iubemus*.
p Ed. *atque arbitrio*. Porro lapidis lectio archaismum retinet *v* pro *b*. Et quidem fortasse etiam supra *ae-* [illegible]
q Ita lap. Ed. *subm.* Sic mox *puplico*; et in fragm. incert. vet. *suppilator, spoliit*.
r Lap. *pracipites*.
s Ita lap. At ed. *publico*.
t Lap. *nef.* cum spatio. (Si certe haec expressus fuit lapis.) Vel potius *nefanda* latet in sequentibus litterarum formis.
u Lap. *vergenti*. Ed. *vergentes* Ego archaismum praetuli.
x Lap. *inimicos* absorpta prima *i* a praecedente.
y Lap. *atrocissime*.
z Ita ed. Mihi placeret *reddiderat*. Certe lapis stratum non habet in litura nisi *rat*.
aa Lap. *prorumpimus*.
bb Ita lap. At ed. *querelarum*. Sed *querella* est sollemne archaismus.
cc Lap. *ut*.
dd Sic ut scriptum in lapide *medellae*. Sic enim legi solet in vetustis monumentis.
ee Lap. *interventus*. Sed antea *intempestivo* et *superfluo*.
ff Lap. *inprobus*. Ed. *improbos*.
gg Ed. *aestimetur*. Lap. *estimaretur*.
hh Ita lap. At ed. *praec. ptionemque*.

stiae sentientes, sequi tamen noluerunt. Quis enim adeo optunsi [a]
19 pectoris, et a sensu humanitatis extorris est, qui ignorare possit,|
immo non senserit, in venalibus rebus, quae vel in mercimo-
niis aguntur, vel diurna urbium conversatione tractantur, in
20 tantum se licentiam diffusisse [b] | pretiorum, ut effrenata libido ra-
piendi, nec rerum copia, nec annorum ubertatibus mitigare-
tur [c]; ut [d] plane eiusmodi [e] hominis [f], quos haec officia [g] exercitos
21 habent,| dubium non sit semper [h] pendere animo, ac etiam de
siderum motibus (1) auras ipsas tempestatesque captare; neque ini-
22 quitate sua perpeti posse, ad [i] spem | frugum futurarum inundari
superi*acto semine* [k] arva felicia: ut qui detrimentum sui [l] exi-
23 stiment caeli ipsius temperamentis abundan|tiam rebus proveni-
re; et quibus semper [m] studium est in quaestum [n] trahere etiam
24 beneficia [o] divina, ac publicae felicitatis afluentiam [p] | stringere, rur-
susque annis sterili*bus frugum contr*actibus adque [q] institorum offi-
25 ciis nundinari: qui singuli maximis divitiis [r] | diffluentes, quae
etiam populosam [s] Asiam explere potuissent, consectentur pecu-
26 lia, et laceratrices centensimas [t] persequan|tur? Eorum avaritiae
modum statui, provinciales nostri, communis humanitatis ratio
27 persuadet. Sed iam etiam ipsas cau|sas [u], quarum necessitas tan-
dem pro*icere* [x] diu prolatam patientiam conpulit [y], explicare debe-
28 mus; ut quamvis difficile sit toto or|be avaritiam saevientem

(1) Innuit superstitiosos improbosque astrologos artis suae vanitate abutentes, ut spem agricolarum infaustis praedictionibus infringerent. A. M.

a Ed. *obtusi*. Lap. *optumse* vel potius *opturs*. Verum lectionem secundum archaismi regulas existimo *optunsi* ab *optundo*.
b Lap. *difusisse*.
c Ita lap. At ed. *mitigetur*.
d Ed. *et ut*.
e Lap. *planeiusmodi*, vitiosa crasi.
f Ed. *homines*. Lap. *is* pro *es* per archaismum.
g Lap. *afici*.
h Ita lapis; ed. *semper*. Sic apud Cic. pro Scaur. ed. vet. *secumque*.
i Lap. *ac*. Ed. *aut*.
k Ita suppleo. In ed. vacatur suppleturque sic: *aut spem frugum futurarum innovari aut super annos prosperos arva felicia*.
l Ita lap. At ed. *suum*.
m Ita lap. At ed. *semper*.
n Lap. *questum*.
o Lapis videtur habere *venefiecia*, cuiusmodi insanae pronunciationis exemplum est etiam in *Frontone* p. 43. et in aliis monumentis a me alibi appellatis.
p Lap. *afluentiam*. Ed. *affluentiam*. Sed certe *af*, non *aff*. haud insolita veterum scriptura est. Apud *Frontonem*, *afluere*.
q Ed. *atque*.
r Lap. *divitie*.
s Lap. *popol*.
t Ita lap. quae est genuina vetus scriptura. Ed. *centesimas*. Vide meos indices orth. vel palaeogr.
u Ed. *caussas*.
x Ita suppleo; neque enim mihi placuit interponere *ad*, ut deinde scriberetur *provisionem*. Liceret etiam supplere *prorelicere*, *prodigere*, *profanare*, *profligare*, *perrumpere*, *proicere*, *proterrere*, *protrudere*, *propellere*, *proturbare*. Namque in vitiosissimo edicti huius stilo quidvis fere hariolari licet.
y Ed. *comp*.

speciali argumento, vel facto potius revelari [a], tutior tamen intel-
29 legatur remedii constitutio, cum intemperatis|simi [b] homines mentium suarum indomi*tam cupiditatem desig*natione [c] quadam et no-
30 tis cogentur agnoscere. Quis ergo [d] nesciat utilita|tibus publicis insidiatricem audaciam, quacumque exercitus nostros dirigi commu-
31 nis omnium salus postulat, non per vicos modo| aut oppida, sed in omni itinere animo sectionis occurrere; pretia [e] vena-
32 lium rerum, non quadruplo aut oc*tuplo minus exhi*bere [f], ut| *tale scelus cogitatio*nis et facti explicare humanae linguae ratio non possit: denique [g] interdum, distractione unius rei,
33 donativo militem| stipendioque privari, et omnem totius orbis ad sustinendos exercitus collationem [h] detestandis quaesti-
34 bus [i] diripientium cedere; | *ut ea praemia quae sunt* divitiae suae, et emeritos labores militis [k] nostri sectoribus omnium
35 comferre [l] videantur; quo depraedato|*res* [m] ipsius rei publicae tantum in dies rapiant [n], quantum habere gestiant [o]. His omni-
36 bus, quae supra conprehensa [p] sunt, iuste ac merito| permoti; et [q] cum iam ipsa humanitas deprecari videretur; non pretia [r] ve-
37 nalium rerum (neque enim fieri id iustum putatur, cum| plurimae [s] interdum provinciae felicitate optatae vilitatis, et velut quo-
38 dam afluentiae [t] privilegio glorientur), sed modum statuen|dum *e*sse censuimus (1); ut cum vis aliqua caritatis emergeret (quod dii omen averterent [u]!), avaritia, quae velut campis quadam
39 inmensitate dif|fusis [x], teneri non poterat [y], statuti nostri finibus et moderaturae [z] legis terminis stringeretur [aa]. Placet igitur *ea* pre-
40 tia, quae| subditi brevis scriptura designat, ita totius orbis no-
41 stri observantia contineri, ut omnes intellegant egre|diendi eadem licentiam sibi esse praecisam: non inpedita [bb] utique in his [cc]

(1) Notanda heic vis legis, ne imperite miremur cum suprascripto Cupero pretiorum magnitudinem.—A. M.

a Ita lap. Et quidem mihi ita magis placet, quam emendatio aliorum *revelli*. Etenim quod sequitur *agnoscere*, refertur reapse ad *revelari*.

b Ita lap. Ed. *intemperantissimi*.

c Alii supplent *ferociam gubernatione*. Mihi aliter visum.

d Ita lap. At ed. *enim*.

e Ed. *pretiaque*.

f Ita mihi supplendum suadebat lapidis extriti spatium.

g Ed. *atque*.

h Ed. *cuml*.

i Lap. *quaestibus*.

k Ita lap. At ed. *milites*, laudabiliter quidem, sed haud scio an necessario.

l Ita lap. Ed. *conf*.

m Ed. addit supplementum *orbis et*, quod spatium lapidis non patitur.

n Ita lap. At ed. *dies sibi rapiant*.

o Lap. videtur habere *sensaant* (num pro *consceant*?) Ed. *constituant*.

p Ed. *compr*.

q Lap. *ut*.

r Lap. *praetia*.

s Lap. *con plurima*.

t Ed. *affl*.

u Ita lap. Ed. *avertant*.

x Lap. *mensitate diffusis*. Editio libere vagatur sic: *quae velut nebula campis quadam densitate diffusa*.

y Lap. *tenere non poterant*.

z Ita lap. At ed. *moderatione*.

aa Lap. *strengiretur*.

bb Ed. *imp*.

cc Ed *hiis*.

42 locis, ubi copia [a] perspicietur afluere [b], | vilitatis beatitudine ; cui [c]
maxime providetur dum praefinita [d] avaritia conpescitur [e]. Inter
43 venditores [f] autem | emptoresque, quibus consuetudo est adire
portus, et peregrinas obire provincias, haec communis actus de-
44 bebit esse | moderatio, ut cum et ipsi sciant in caritatis neces-
45 sitate statuta rebus pretia non posse transcendi, distractionis |
tempore ea locorum, adque [g] discursuum [h], totiusque [i] negotii
46 ratio subputetur, quae iuste placuisse perspicitur, nusquam |
carius vendituros esse qui transferunt. Quia igitur et apud ma-
47 iores nostros hanc ferendarum legum constat fuisse | rationem,
ut praescripto metu conpesceretur [k] audacia ; quod rarum ad-
48 modum est, humanam condicionem sponte beneficam | depre-
hendi; et senper [l] praeceptor metus iustissimus officiorum inveni-
49 tur esse moderator; placet ut, si quis contra formam | statuti
huius conixus [m] fuerit audentia [n], capitali periculo (1) subiugetur [o].
50 Nec quisquam duritiam statui [p] putet; cum in promptu ad|sit per-
fugium declinandi periculi [q], modestiae observantia [r]. Eidem [s]
autem periculo etiam ille subdetur, qui conparandi [t] cupiditate,
51 avaritia [u] | distrahendi [x], contra statuta consenserit. Ab eiusmo-
di [y] quoque noxa inmunis [z] nec ille praestavitur [aa], qui habens spe-
52 cies victui adque [bb] usui neces|sarias, post hoc stulte [cc] tempera-
mentum existimaverit [dd] subtrahendas : cum poena vel gravior es-
53 se debeat inferentis [ee] paenuriam [ff], quam contra statu|ta qua-
tientis [gg]. Cohortamur ergo omnium devotionem, ut res consti-
tuta ex commodo publico benignis obsequis [hh] et debita religio-

(1) Recole testimonium Lactantii a nobis prolatum p. 296. n. 1. A. M.

a Ed. addit *rerum*.
b Ed. *effl*.
c Lap. *qui* Num idcirco quia veteres eodem modo utrumque vocabulum pronunciabant?
d Lap. *praefinitavaritia*.
e Lap. *conpisettor*. Ed. *compescitur*.
f Lap. *venditores*.
g Ed. *atque*.
h Lap. *discursum*.
i Lap. *totiusque*.
k Lap. *conpescerctur*. Ed. *comp*.
l Ed. *semp*.
m Ed. *connisus*.
n Ed. *audenter*.
o Lap. *subegetur*. Ed. *subiicietur*.
p Ed. *statuto*, cui additur *numeum*.
q Ita lap. At ed. *declinanda periculo*.
r Ita lap. At ed. *modestia et observantia*.
s Lap. *idem*.
t Ed. *comp*.
u Ed. *et avaritia*.
x Lap. *distra endo*.
y Lap. *iosmodi*.
z Ed. *imm*.
aa Ita lap.
bb Ed. *atque*.
cc Lap. *stultemperamentum*, vitiosa crasi. Editor dedit *statuti nostri temperamentum*.
dd Lap. *existamaverit*.
ee Ed. *inferenti*.
ff Ita lap. cum diphth.
gg Ita lap. Ed. *facienti*.
hh Ita lap.

54 ne teneatur [a]; *maxi*|me cum eiusmodi statuto, non civitatibus singulis ac populis adque [b] provinciis, sed universo orbi provisum
55 esse videatur, in cuius per*nici*|em pauci atmodum [c] desaebisse [d] noscantur; quorum avaritiam nec prolexitas [e] temporum, nec di-
56 vitiae quibus [f] studuisse cernuntur, *miti*|gare [g] aut satiare [h] po-
57 tuerunt. (1) | *Igitur* etiamsi *summa quaevis caritatis vis ali-*
58 *quando exsisteret*, *tamen* | licitum sit *res umquam venales* supra ostensos *a nobis pretiorum terminos* concedere nemini. (2)

(1) Heic finis imponitur textui in arcad. ephem. In aliis autem a me memoratis libris sequuntur alii versiculi duo paene deleti, quorum pauca verba leguntur. Ego vero supputatis praeter propter lacunarum spatiis (nam paulo breviores sunt postremi duo in lapide versus) sic legem absolvere ausus sum. A. M.

(2) Mendosissimus sequitur et imperfectissimus textus de pretiis singularum venalium rerum, quem ego nec emendare satis queo nec aveo: nam et apographo bankiano careo, et in excusa aere tabula acquiescere haud tutum quandoque est: tum quia scio doctos viros tum in Italia tum extra ad hanc tabulam emendandam supplendam copioseque illustrandam per otium incumbere, malo equidem alienorum laborum spectator esse quam prodromus. Illud mihi exploratum est, fieri non posse ut haec pars edicti satis corrigatur vel suppleatur, nisi lapis ipse stratonicensis iterum iterumque se diligentissime inspiciatur: praesertim quia aquisextiensis, ut audio, hanc omnino partem desiderat. Ordinem quoque laterculorum, quibus pretia definiuntur, alium in excusa tabula video, alium in editione; qua de re ego quidem nullum queo iudicium ferre, qui neque lapidem neque bankianum apographum prae oculis habeo. Nunc quia pag. 296. num. 1. mentionem Gisberti Cuperi fecimus, praestat eius epistolae verba recitare, unde cognoscere videmur, tabulae tantummodo pretiorum exemplar ad eum missum fuisse, non ipsam Diocletiani legem. Inde etiam cognoscimus haud satis explicuisse Cuperum ponderum mensurarumque sigla; de quibus etsi et ego aliquantum cogitavi, definitam tamen sententiam pronunciare supersedeo. En autem Cuperi verba in epist. XXXII. ad Lacrozium p. 109.

L'on m'a envoyé de Smyrne un catalogue de médailles d'or, d'argent et de bronze, qui sont certainement excellentes, et dont la plupart méritent des réflexions sérieuses; on y a joint des inscriptions anecdotes la plupart grecques, et une latine, qui est bien extraordinaire; elle se voit à Stratonice *en* Carie *sur le frontispice d'une maison, et contient le prix des denrées, qui s'y vendoient sans doute, d'où je conclus, que ç'a été un* macellum, *où se tenoient les* cupedinarii, cetarii, lanii, fartores, piscatores, *selon Terence et* aucupes, *que j'ose adjouter selon un ms.; et qui doivent avoir eu lieu dans cette maison, puisqu'on y taxe un* fasianus pastus X ducentis quinquaginta, *id est, à ce que je crois,* sestertiis, *ou* denariis, *quoique selon la derniere explication un faisan bien nourri auroit été à grand marché, ou auroit couté* 75 florenis batavis. *L'on y parle aussi du prix du miel, de la viande, des oyes, des cailles, du vin, de l'huile et d'autres choses, et même des tailleurs, et de ce qu'ils pouvoient gagner en faisant des habits. Vous voyez, sans doute, par là, Monsieur, que c'est une piece curieuse, et si cette marque* X *est un* denarius, *je suis persuadé, q'il n'y a pas aujourd'hui une ville au monde, où les denrées soient si chères. Voyez en encore un exemple:* carois bubalae italicae pondo unum X octo. A. M.

[a] Lap. *religionetur*. Mihi placebat *teneatur*, ita ut sit etiam τοῦ *ne*. Ed. *excipiatur*.
[b] Ita lap.
[c] Ed. *atque*.
[d] Ita lap. At idem supra *admodum*.
[e] Ita lap.
[f] Ed. sine causa addit *semper*.
[g] Lap. *mitigaret*.
[h] Ed. item sine causa addit *unquam*.

TERMINI PRETIORUM RERUM VENALIUM

EX EDICTO DIOCLETIANI.

Frumenti	K̄	M	. .		. . .
Hordei	K̄	M	unum		. . .
Centenum sive secale	K̄	M	unum	X	. . .
Milii pisti	K̄	M	unum	X	cent . .
Milii integri	K̄	M	. .	X	quinquaginta
Panicii	K̄	M	. .	X	quinquaginta
Speltae mundae	K̄	M	. .	X	centum
Scandulae sive speltae	K̄	M	. .	X	triginta
Fabae fressae	.	.	. .	X	centum
Fabae non fressae	.	.	. .	X	sexaginta
Lenticlae	.	.	. .	X	centum
Herbiliae	.	.	. .	X	octoginta
Pisae fractae	.	.	. .	X	centum
Pisae non fractae	.	.	. .	X	sexaginta
Ciceris	.	.	. .	X	centum
Ervi	.	.	. .	X	centum
Avenae	.	.	. .	X	triginta
Faeni graeci	.	.	. .	X	centum
Lupini crudi	.	.	. .	X	sexaginta
Lupini cocti	.	.	. .	X	quattuor
Fasioli sicci	.	.	. .	X	centum
Lini seminis	.	.	. .	X	centum quinquaginta
. . e mundae	.	.	. .	X	ducentis
. . e mundae	.	.	. .	X	centum
. . . ae	.	.	. .	X	ducentis
Sesami	K̄	M	unum	X	ducentis
Faeni seminis	K̄	M	unum	X	triginta
Medicae seminis	K̄	M	unum	X	centum quinquaginta
Cannabis seminis	K̄	M	unum	X	quinquaginta
Viciae (a) siccae	K̄	M	unum	X	octoginta
Papaveris	K̄	M	unum	X	centum quinquaginta
Cymini mundi	K̄	M	unum	X	ducentis
Seminis raphanini	K̄	M	unum	X	centum quinquaginta
Sinapis	K̄	M	unum	X	centum quinquaginta
Sinapis confectae	italicum	ƒ	unum	X	octo
Item de vinis (1)					
Piceni	italicum	ƒ	unum	X	triginta

(a) Lap. [illegible]

(1) *De vinorum generibus Plinius lib. XIV. sect. 8. et seqq. — A. M.*

Tiburtini	italicum	*f*	unum	X	triginta
Sabini	italicum	*f*	unum	X	triginta
Aminnei (1)	italicum	*f*	unum	X	triginta
Saiti	italicum	*f*	unum	X	triginta
Sorrentini	italicum	*f*	unum	X	triginta
Falerini	italicum	*f*	unum	X	triginta
Item vini veteris primi gustus	italicum	*f*	unum	X	vigintiquattuor
Vini veteris sequentis gustus	italicum	*f*	unum	X	sedecim
Vini rustici	italicum	*f*	unum	X	octo
Cervessae cami	italicum	*f*	unum	X	quattuor
Zythi	italicum	*f*	unum	X	duobus
Item caroeni maeoni	italicum	*f*	unum	X	triginta
Crathia (a) attici	italicum	*f*	unum	X	viginti quattuor
Decocti	italicum	*f*	unum	X	sedecim
. . itis	ital.	*f*	unum	X	viginti
Conditi	ital.	*f*	unum	X	vigintiquattuor
Apsinthi	ital.	*f*	unum	X	viginti
Rhosati	ital.	*f*	unum	X	viginti
Item olei.					
Olei floris	ital.	*f*	unum	X	quadraginta
Olei sequentis	ital.	*f*	unum	X	vigintiquattuor (b)
Olei cidari	ital.	*f*	unum	X	duodecim
Olei raphanini	ital.	*f*	unum	X	octo
Aceti	ital.	*f*	unum	X	sex
Liquaminis primi	ital.	*f*	unum	X	sex
Liquaminis secundi	ital.	*f*	unum	X	duobus
Salis ꟾ			unum		centum
Salis conditi	italicum	*f*	unum	X	oc . . .
Mellis optimi	ital.	*f*	unum	X	qu . . .
Mellis secundi	ital.	*f*	unum	X	biginti
Mellis foenicini	ital.	*f*	unum	X	octo
Item carnis.					
Carnis porcinae	ital.	Po	unum	X	duodecim
Carnis bubulae	ital.	Po	unum	X	octo
Carnis caprinae sive verbecinae	ital.	Po	unum	X	octo
Bulbae (c)	ital.	Po	unum	X	bigintiquattuor
Suminis	ital.	Po	unum	X	biginti
Ficati optimi	ital.	Po	unum	X	sedecim

(a) Sic ego divinabam, vel *crathidis*; nisi quis mavult *carys*. Lapidis incerta lectio est *rchyy*. (b) Lapis (si bene expressus fuit) *vigintiquattro*. (c) Nempe *vulvae*.

(1) *Plinius XIV. sect.* 16. ammineum. *Ait enim*: P. Licinius Crassus et L. Iulius Caesar censores anno urbis conditae DCLXV. edixerunt ne quis vinum graecum ammineumque octonis aeris singula quadrantalia venderet. — *A. M.*

Laridi optimi	ital.	Po	unum	X	sedecim
Pernae optumae petasonis sive menapicae vel cerritanae	ital.	Po	unum	X	viginti
Marsicae	ital.	Po	unum	X	viginti
Adipis recentis	ital.	Po	unum	X	duodecim
Axungiae	ital.	Po	unum	X	duodecim
Ungellas quattuor et aqualiculum pretio quo caro omnis (a) trahitur					
Isicium porcinum unciae unius				X	duobus
Isicia bubum (b)	ital.	Po	unum	X	decem
Lucanicarum	ital.	Po	unum	X	sedecim
Lucanicarum bubularum	ital.	Po	unum (c)	X	decem
Fasianus pastus	.	.	. .	X	ducentis quinquaginta
Fasianus agrestis	.	.	. .	X	centum bigintiquinque
Fasiana pasta	.	.	. .	X	ducentis
Fasiana non pasta	.	.	. .	X	centum
Anser pastus	.	.	. .	X	ducentis
Anser non pastus	.	.	. .	X	centum
Pullo . . .	.	.	. .	X	sexaginta
Perdix	.	.	. .	X	triginta
Turtur	.	.	. .	X	sedecim
Turtu . . us	.	.	. .	X	duodecim
Turdor. . . .	.	.	. .	X	sexaginta
Palumbo . . .	.	.	. .	X	viginti
Columbi . . .	.	.	. .	X	vigintiquattuor
Attage	.	.	. .	X	viginti
Anas	.	.	. .	X	quadraginta
Lepus	.	.	. .	X	centum quinquaginta
Cuniculus	.	.	. .	X	cuadraginta (d)
. . pe . .	.	.	. .	X	quadraginta
. . . .	.	.	. .	X	viginti
. . . .	.	.	. .	X	quadraginta
. . . .	.	.	. .	X	sedecim
. . . .	.	.	. .	X	quadraginta
. . bus ma . .	.	.	. .	X	trecentis
Femina	.	.	. .	X	ducentis
Coturnices	n.	.	. .	X	viginti
Sturni	n.	decem	. .	X	viginti
Apronae	ital.	Po	. .	X	sedecim
Cerbinae	ital.	Po z	. .	X	duodecim
Dorci sive caprae vel dammae	ital.	Po z	. .	X	duodecim

(a) Lap. *ora*, quod compendium solet explicari *omnis*. Suspicabar etiam *ovis*. (b) Nempe *boum*. (c) Lap. *una*. (d) Ita lap.

Porcelli lactantis	ital. Po 1	. .	X	sedecim
Agnus	ital. Po 1	. .	X	duodecim
Haedus	ital. Po 1	. .	X	duodecim
Sevi	ital. Po 1	. .	X	sex
Buturi	ital. Po 1	. .	X	sedecim
Item pisces.				
Piscis aspratilis marini	ital. Po 1	. .	X	vigintiquattuor
Piscis secundi	ital. Po 1	. .	X	sedecim
Piscis flubialis optimi	ital. Po 1	. .	X	duodecim
Piscis secundi flubialis	ital. Po 1	. .	X	octo
Piscis ulsi (a)	ital. Po 1	. .	X	sex
Ostreae	n. centum	. .	X	centum
Echini	n. centum	. .	X	quinquaginta
Echini recentis purgati	ital. ƒ	unum	X	quinquaginta
Echini salsi	ital. ƒ	unum	X	centum
Sphondoli marini	n. centum	. .	X	quinquaginta
Casei (1) sicci	ital. Po 1	. .	X	duodecim
Sardae sive sardinae	ital. Po 1	. .	X	sedecim
Item cardus maiores	n. quinque	. .	X	decem
Spo . .	n. decem	. .	X	. . .
Intiba optima	n. decem	. .	X	. . .
Sequentia	n. decem	. .	X	. . .
Malbae maximae	n. quu .	. .	X	. . .
Malbae sequentes	n. dec .	. .	X	. . .
Lattugae optimae	n. quin .	. .	X	*quattuor*
Sequentes	n. decem	. .	X	quat*tuor*
Coliculi optimi	n. quinque	. .	X	. . ttuor
Sequentes	n. decem	. .	X	quattuor
Cumae (b) optimae fascem I.	n. decem	. .	X	quattuor
Porri maximi	n. viginti	. .	X	quattuor
Seqoentes	n. qoinque	. .	X	*quattuor*
Betae (c) maximae	n. decem	. .	X	*quattuor*
Sequentes	n. decem	. .	X	. . . r
Radices maximae	. .	. .	X	*quattuor*
Sequentes	n. vig.	. .	X	. . . .
Rapae maximae	n. decem	. .	X	. . . .
Sequentes	n. bi .	. .	X	q . .
Ceparum siccarum	P .	. .	X	qu . .
Cepae birides primae	n. bigintiq*uinque*	. .	X	quattuor

(a) Ita lapis, non *salsi* ut ed. Mox tamen *echini salsi*. (b) Scilicet *cymae*. (c) Lap. *betae*.

(1) *Cur caseus inter pisces? Videtur igitur vel mendosa lectio, vel piscis alicuius inauditum nomen; nisi id forte est incredibile.*

Sequentes	n. quinquaginta	. .	✱	quattuor
Alei	ital. n.	unum	✱	sexaginta
Sisindriarum fascem . .	n. biginti	. .	✱	decem
Capparis	ital. n.	. .	✱	centum
Cucurbitae primae	n. decem	. .	✱	quattuor
Sequentes	n. decem	. .	✱	quattuor
Cucumeres primi	n. decem	. .	✱	quattuor
Sequentes	n. biginti	. .	✱	quattuor
Melopepones maiores	n. duo	. .	✱	quattuor
Sequentes	n. quattuor	. .	✱	quattuor
Pepones	n. quattuor	. .	✱	quattuor
Fasiolorum fascis habens	n. xxv	. .	✱	quattuor
Asparagi hortulani fascis habens	n. xxv	. .	✱	sex
Asparagi agrestes	n. quinquaginta	. .	✱	quattuor
Rusci fasces habens	n. sexaginta	. .	✱	quattuor
Ciceris birides fasciculi	n. quattuor	. .	✱	quattuor
Fabae biridis purgatae	ital. ƒ	unum	✱	quattuor
Fasioli biridis purgati	ital. ƒ	unum	✱	quattuor
Germina palmae sive elatae	n. quattuor	. .	✱	quattuor
Vulvi (a) agri sive fa . .	n. viginti	. .	✱	duodecim
Vulvi minores	n. quadraginta	. .	✱	duodecim
Ova	n. quattuor	. .	✱	quattuor
Pastinacae (b) maximae fascis habens	n. xxv	. .	✱	sex
Sequentes	. .	. .	✱	sex
Cuchliae . . .	n. viginti	. .	✱	quattuor
Sequentes	n. quadraginta	. .		quattuor
Condimen . . (1) racemis quorum fasces (c)	n. octo	. .	✱	quattuor
Castana	n. centum	. .	✱	quattuor
Nuces optimae virides	n. quinquaginta	. .	✱	quattuor
Nuces siccae	n. centum	. .	✱	quattuor
Amugdalarum purgatarum	ital. ƒ	unum	✱	sex
Nucium abellanarum purgatarum	ital. ƒ	unum	✱	quattuor
Nucles pineae purgati	ital. ƒ	unum	✱	duodecim
Psittaciorum . . .	ital. ƒ	unum	✱	sedecim
Ziziforum	ital.	. .	✱	quattuor
Cerasiorum	. .	. .	✱	quattuor
Praecocium	. .	. .	✱	quattuor
Duracinarum	. .	. .	✱	. . .
Sequentia	. .	. .	✱	. . .

(a) Idest *bulbi*. (b) Lap. *pastinacae*. (c) Lap. *fasces*.

(1) *Condimenta quidem viridia, alera sunt.*

Calcis (a) coctori		X	quinquaginta
Marmorario . .		X	sexaginta
Musaeario . .		X	sexaginta
. . . ario ut supra		X	quinquaginta
. . . ri parietario uti supra diurni		X	septuaginta
. . . ori imaginario ut supra diurni		X	centum quinq . .
Carpentario ut supra diurni		X	quinquaginta
Fabro ferrario ut supra diurni		X	quinquaginta
Pistori ut supra diurni		X	quinquaginta
Naupego in navi maritima diurni		X	sexaginta
In nabi (b) amnica ut supra diurni		X	quinquaginta
Lateris crudi ad laterculos diurnam mercedem . .		X	duos
In laterivus (c) quattuor pedum vinum (d), ita ut ipse sibi inpensam praeparet pasto. Item lateris ex luto diurnam mercedem in lateribus n. octo, ita ut ipse sibi inpensam praeparet pasto		X	duos
Camelario sive asinario et burdonario pasto diurni		X	viginti
Pastori pasto diurnos		X	viginti
Mulioni pasto diurnos		X	vigintiquinque
Mulomedico tonsurae et aptaturae pedum in capite uno		X	sex
Deplecorae et purgatorae capitis per singula capita		X	viginti
Tonsori per homines singulos		X	duos
Tonsori pecurum in uno capite pasto		X	duos
De aeramento.			
Aerario in arichalco mercedis	in Po 1	X	octo
In cupri	in Po 1	X	sex
In vasculis diversi generis	in Po 1	X	sex
In sigillis vet statuis		X	quattuor
In doctilis (e) aeramenti		X	sex
Reastae imaginario diurnae mercedis pasto		X	septuaginta

(a) Lap. coctis. (b) *Navi.* (c) *Lateribus.* (d) Ita lectum in lap. (e) *Ductilis.*

Re'iquis plastis gypsariis pruetis (a) diurnos	. . . .	✱	quinquag'*nta*
Aquario omni die operanti pasto diurnos	. . . .	✱	vigintiquinque
Cloacario omni die operanti pastu diurnos	. . . .	✱	vigintiquinque
Samiatori in spatita ex uso	. . . .	✱	vigintiquinque
In casside ex usu	. . . .	✱	vigintiquinque
In sequri	. . . .	✱	sex
In bipenni	. . . .	✱	octo
Raginas spatitas (b)	. . . .	✱	cen . .
Mem . . . . ione peiali (c) pergamen . .	. . . .	✱	. . . .
Scriptori in scriptura optima versuum	n. centum . .	✱	. . . .
. . . ie . . scripturae bersuum	n centum . .	✱	. . . .
Tabellanioni (d) in scriptura libelli bel tabulae . . sibus	n centum . .	✱	. . . .
Bracario pro excisura et urnatura	. . . .	✱	*centum*
Pro birro qualitatis primae	. . . .	✱	quadr*aginta*
Pro birro qualitatis secundae	. . . .	✱	vigint . .
Pro caracalla maiori	. . . .	✱	viginti
Pro caralla minori	. . . .	✱	viginti
Pro bracibus	. . . .	✱	viginti
Pro udonibus	. . . .	✱	quattuor
Sarcinatori in veste soubtili replicatorae	. . . .	✱	sex
Eidem aperturae cum subsutura holosericae	. . . .	✱	quinquaginta
Eidem aperturae cum subsutura supsericae	. . . .	✱	triginta
. . o suturae in veste grossiori	. . . .	✱	quattuor
. . ntuuclum equestrae quodetile album sive nigrum livrarum trium	. . . .	✱	centum
. . entunclum p . . te . . i ornatum ab usu ponderis si . . atori	. . . .	✱	CC quinq . . .
. . es muliebri vulgari rudi	. . . .	✱	sedecim
. . . .	. . . .	✱	decem
. . istrictori bi . . i live tela	. . . .	✱	decem
. . nus . . .	. . . .	✱	sex

(a) Mendose lectio. (b) Primum vocabulum intellige *vaginas*. Alterum scribitur *patitas*; sed supra *spatita*. (c) Mendosa lectio. (d) Ita lap. pro *tabellioni*.

. . nin . . ai . . oti rude	✕	sex
nuusu	✕	dos
Sagum sive ra . . anam rudem	✕	sedecim
Ab usu	✕	sex
In tapete rudi	✕	vigintiquattuor
Ab usu	✕	decem
Geromatrita in singulis discipulis menstruos	✕	quinquaginta
Paedagogo in singulis pueris menstruos	✕	quinquaginta
Magistro instituto (a) litterarum in singulis pueris menstruos	✕	L
Calculatori in singulis pueris menstruos	✕	septuaginta quinque
Notario in singulis pueris menstruos	✕	quinquaginta quinque
Librario sibe antiquario in singulis discipulis menstruos . . .	✕	quinquaginta
Grammatico graeco sive latino et geometrae in singulis discipulis menstruos	✕	ducentos
Oratori sive sufistae in singulis discipulis menstruos	✕	ducentos
Avvocato sive iuris perito mercedis in postulatione	✕	ducentos quinquaginta
In cognitione	✕	mille
Architecto magistro per singulos pueros menstruos	✕	centum
Capsario in singulis lavantibus	✕	duos
Balneatori privatorio in singulis lavantibus	✕	duos
De pellibus babylonicis seu trallianis vel foeniceis.		
Pellis babylonica primae formae	✕	quingentis
Formae secundae	✕	quadraginta
Pellis tralliana	✕	ducentis
Pellis foenic	✕	centum
Pellis vaccitena	✕	trecentis
De curiis bubulis.		
Curium bubulum infectum formae primae	✕	quingentis
Idem confectum ad solenda cal-		

(a) Nam *institutori*.

ceamenta	X	septingentis quinquaginta
Ad loramenta	X	se entis (a)
Curium secundae formae infectum	X	trecentis
. . a infec . .	X	. . . . .
. . . . .	X	. . . . .
. . a maxima infecta	X	. . . . .
. . fecta	X	. . . . .
. . e apis prima	X	cen . . .
. . actam	X	ducen . . .
. . dina infecta	X	decem
. . ta . . .	X	sedecim
. . e infecta	X	quadragiata
. . . . . .	X	sexagiata
. . . . . .	X	decem
. . . . . .	X	quindecim
. . . . . .	X	. . . . .
. . e formae infecta	X	septuaginta $\overline{V}$.
. . . . . .	X	centum
Pell . . .	X	. . *quinque*
Eadem . . .	X	. . inta
Pell . . .	X	. . . . .
Eadem con . . .	X	. . . . .
Pellis castori	X	. . um
Eadem confecta	X	. . . . .
Pellis ursina ma . . .	X	. . tuaginta
Eadem confecta	X	. . . inta
Pellis lupi cervarii	X	. . . . .
Eadem confecta	X	. . . . .
Pellis vituli marini	X	*d*ucentis quinquaginta
Eadem confecta	X	mille quingentis
Pellis leopardina infecta	X	mille
Eadem confecta	X	mille ducentis quinquaginta
Pellis leonina confecta	X	mille
De tegestribus.		
Tegestrae de caprinis pellis	X	sescentis
Pulsicare tenennimum (b) et maximam	X	sescentis
De formis caligaribus.		
Formae caligares maximae	X	centum
Formae secundae mensurae	X	octoginta
Formae muliebris	X	sexaginta
Formae infantilis	X	triginta

(a) Ita lap. (b) Num *tenerrimum*?

De caligis.			
Caligae primae formae mubonicae sive rusticae par sine clavis	. . . .	X	ducentis viginti
Caligae militares sine clavo	. . . .	X	centum
Caligae patricii	. . . .	X	centum quinquaginta
Caligae senatorum	. . . .	X	centum
Caligae equestres	. . . .	X	septuaginta
Caligae muliebres par	. . . .	X	sexaginta
Cal . . pagi militares	. . . .	X	septuaginta quinque
De soleis et callicis.			
. . icae viriles rusticanae bisoles par	. . . .	X	octaginta
. . icae viriles monosoles par	. . . .	X	quinquaginta
. . icae cursoriam par	. . . .	X	sexaginta
. . rinae mulievres . . visoles par	. . . .	X	quinquaginta
. . ae muliebres monosoles par	. . . .	X	triginta
. . eis babilonicis et purpureis et foeniceis et alvis	. . . .	X	centum viginti
. . babilonicae par	. . . .	X	sexaginta
Purpurei sive foenicei par	. . . .	X	
. . ci ui . .	: . . .	X	. . . . . .
. . ci muliebres	. . . .	X	. . . . . .
. . auratae	. . . .	X	. . . . . .
Socci babilonici par . .	. . . .	X	. . . . . .
Taurinae inauratae	. . . .	X	. . . . . .
Taurinae lanatae	. . . .	X	. . . . . .
De loramentis.			
Avertae primae for . .	. . . .	X	mille quin . .
Scoroseum militare	. . . .	X	quingent . .
Paramma molare seu . .	. . . .	X	octigentis
Capistrum equestre	. . li	X	septuaginta
Frenum equestre ec . .	. . usum	X	centum ·
Frenum mulare	. . . .	X	centum viginti
Capistrum *molare*	. . . .	X	octoginta
De zonis militar*ibus*.			
Zona babilonica	. . . .	X	centum
Item lata	. . . .	X	ducentis
Subalare bu . .	. . . .	X	centum
Zona alba	. . . .	X	sexaginta
Item digi . .	. . . .	X	*sept*uaginta
De utri*bus*.			
*U*trem primae formae	. . . .	X	centum viginti
*U*trem olearium prim . .	. . . .	X	centum

Utrem mercedem diur . .	. . . .	✱	duos
De scortiis.			
Scortia in sextario uno	. . . .	✱	viginti
Thecam cannarum	n. quinque . .	✱	quadraginta
Flagellum mulionicum cum virga	. .. . .	✱	sedecim
Corigiam aurigalem	. . . .	✱	duobus
De saetiis caprinis sive camellinis.			
Pilorum infectorum	P. i . .	✱	sex
Pili neti ad diavernas vel factos	P. i . .	✱	decem
De sagmis.			
Sagma burdonis	. . . .	✱	trecentis quinquaginta
Sagma asini	. .· . .	✱	ducentis quinquaginta
Sagma camelli	. . . .	✱	trecentis quinquaginta
De zabernis.			
Zabernarum sive saccorum par habens pondu trigin . .	. . . .	✱	quadragentis
Saccopatitnai latitudinis pedum trium longitudinis quantum fuerit pro singulis libris	. . . .	✱	sedecim
De materiis.			
Materia vigenia qubitorum quingenta latitudinis in quadrum cubitorum quattuor	. . . .	✱	quinquaginta milibus
Cubitorum quadraginta quinque latitudinis suprascripti	. . . .	✱	quadraginta milibus
Cubitorum n quadraginta latitudinis SS (a)	. . . .	✱	triginta milibus
Cubitorum triginta quinque latitudinis per quadrum digitorum octoginta	. . . .	✱	duodecim milibus
Cubitorum viginti octo latitudinis in quadrum cubitarum quattuor	. . . .	✱	decem milibus
Cubitorum n triginta latitudinis in quadrum digitorum septuaginta duum	. . . .	✱	octo milibus
Cubitorum viginti quinque latitudinis in quadrum sexaginta quattuor	. . . .	✱	sex milibus
Eadem praetio etiam materiae pinae sumptae stituta materiae roboreae cubitorum quattuor	. . . .	✱	quinque milibus

(a) Nempe *suprascriptae*.

Decimi in longum latitudinis in quadrum sexaginta octo	. .	. .	X	ducentis quinquaginta
Materiae gravinae qubiturum quattuor decem in longum latitudinis in quadrum digitorum quadraginta octo.	. .	. .	X	ducentis

- *Ab editore romano (in act. archaeol.) lapidis stratonicensis additur comparationis gratia fragmentum de pretiis similiter venalium rerum loquens, quod Caetanus Marinius in veliternum museum borgianum intulit, nuc autem in museo neapolitano borbonico abservatur.* (1).

Austoribus	in cupa una	numm.	XXX
Tabalariis	in singulis apocis	numm.	XX
Exavciatori	in cupa una	numm.	X
Palaucariis qui de ciconia ad templum cupas referre consuerunt	. . .	numm.	. . .
Custodibus cuparum	. . .	. .	. . .
De ampullis placuit ut post degustationem possessori reddantur.	. . .	. .	. . .
Professionariis de ciconiis statim ut adveneret (sic) vinum	in cupa una	numm.	CXX.

1

Romae in hypogeo basilicae vaticanae repertus lapis anno 1609. in parietinis sacelli Iohannis VII. P. M.

. . . per auggg. Fl. Eutherio suo salut.
. . . praecipuo cunctorum plane est tenenda consensu
. . . no fas ducimus vel cultibus ut ulla depereat praeroga-
. . . nludere adque insultare reliquiis praedium pro
. . . o sacris certum est ministeriis ad quem mysteriis
. . . m saepta consurgerent verum etiam pauperum
. . . oc iugiter divina communiter adque humana
. . . dem constituta possessio experiatur emptores
. . . que perpetuam praeter venerabiles cultus ulla
. . . s muniendis fides adque reverentia perennis
. . . iestate perpetua certum est esse venerabilem
. . . custodiam ☧ data die pridiae (sic) kal. maias.
. . . CC cons. (2)
PROSB ☧.

(1) Videsis ephem. pisan. T. XVI. art. 6. p. 192.
(2) Don. cl. XX. n. 120, ex eoque Mur. p. 1091. 1. Vide Dionys. crypt. vat. tab. 27.

I

Romae.

. . . .

. . odo iudicio repellatur utrum quicunque intentionibus suis probationes
.. habeat adeundi iudicis liberam potestatem ac manifestis indiciis
.. et edat, ut pro qualitate factorum (1) conpetenter in eum qui eonvietus fuerit
.. ut quod si minime potuerit eaq. intentaverit conprobare, scire debet se
*sen*tentiae subiugandum (2). Saoe si quis alicui maiestatis crimen intenderit
.. smodi obiectus minime quemquam privilegio dignitatis alicuius astrictiori
.. one tueatur, sciat se quoq. tormentis esse subdendum, si aliis manifestis indi-
*ciis a*ut argumentis accusationem suam non potuerit conprobare, eum in eo qui
.. e temeritatis deprehendatur. Illud quoq. tormentis erui oporteat cuius *suasu*
*a*dque iustinctu ad accusationem accessisse videatur, ut ab omnibus tanti *faci-
noris* conscii vindicta possit reportari ❧
.. autem quod adeundi quoq. iudicis tam statutis parentum nostrorum quam
*no*stris sanctionibus interclusa sit facultas, omnibus e ognitom est : cum eiusmodi
.. audientia non debeat commodari, quandoquidem eos pro tanti sceleris audacia
*conven*iat subiugari ❧
.. ne sive libertis qui dominos vel patronos accusare aut deferre temptant eius
.. iuxta antiqui quoq. iuris statutum observandum esse. censuimus, ut scilicet
.. m atrocis audaciae statim in admissi ipsius exordio per sententiam iudicis
.. r ac denegata audientia patibulo adfixus : qui ad eiusmodi desperationem
.. t exemplum ceteris praestet, ne quis (3) in posterum audacia (4) simili existat ❧
.. undiq. versum securitati innocentium consulatur, placet etiam famosos *libel-
los* non admitti quos sioe (5) nomine propositos si qui invenerit, statim destrahere ad
.. e vel igni debebit exurere. In quibus etiam indicium eiusmodi observa per ignem
.. sit ut si forte ad se talis libellus perlatus fuerit, is eum praecipiat concit-
.. iusmodi scripturam ab audientia iudicis penitus oportet submoveri manen-
.. os inquisitione qui libellos eiusmodi proponere ausi fuerint, ut reperti debi-
.. tatis suae potius subiciantur ❧
.. taq. omnibus tam ad praefectos nostros quam etiam et praesides et rati-
onalem magistrum privato (6) scripta direximus quorum exempla alio edicto nostro
.. smodi legem statutumq. continent plenissime declaratur ❧
.. stis conscientia vestra quae testis est praebet eam summam clemeotiae
.. pectibus et fuisse semper et esse curatum, ut beatitudo urbis romanae
.. nostris obtemperet adversus omnes omnino calumnias quas in universum
.. s caesarianorum desperatio porrigebat firmissimis munita securitatibus ❧ (7)

(1) Mur. et Mar. *facturum.* — A. M.
(2) Hinc vides recte me emendasse *subiugetur* in edicto Diocletiani p. 301. vers. 49 — A. M.
(3) Mur. et Mar. *ne suis.* — A. M.
(4) Mur. et Mar. *audaciae* — A. M.
(5) Mur. et Mar. *sive.* — A. M.
(6) Mur. et Mar. *privatae.* — A. M.
(7) Mur. p. 580. e schedis bibliothecae ambrosianae Mr. — Fragmenta legum Constantini magni dicit Muratorius. Ego aliquot supplementa inclinatis litteris inserui. — A. M.

1

Anxani.

. . . .
. . . pro salute publica et
civium commodo res curare et utilia con-
stituta principis auctoritate firmata
conservare integra ne . . . . .
. . . . . quod solet acci-
dere . . . . . . congregatis
omnib. . . . . . . adiutore
V. devot . . . .
. . . . foro conciliab . . .
. . . annonam . . . . venalia
. . . . dare ali
. . . .
aug. Anxian. adstant ordin. tribus Avienus.
Iustinianus rector tam decurionum quam etiam
collegior. omnium cons . . . publici incidi praecepit ut
. . . .

Iucundus	Faustinus	Salutaris
Discolius cū FF.	Primus cū FF.	Leo
Felix	Proculus et F.	Trianus
Discolius	Nericianus	Probus
Varrus cū FF	. . . . . .	Marcellinus
Ennid.	Saturninus cum FF.	Faustinus cū FF. (1)
Nero		

2

In Asia minore inter rudera in pago Alekiam *prope* Carahissar. (2)

. . . tpricr
a civitas
Constantinopoli
imp. Caes. Constantinus
maximus goth. victor ac triump-
hator aug. et Flavia Constantina (3)]

(1) Mur. p. 566. 1. qui habuit a Petro Polydoro.

(2) Sequentem inscriptionem ait Marinius se sumere a Pocokio atque ad an. 331. refert. Sed enim scheda Marinii mendosissima et prope insanabilis est; ego autem Pocokii libro careo. Quare coniecturis aliquando indulsi ut verba monstrosa corrigerem, sensumque aliquem inde efficerem. — A. M.

(3) Miror equidem hanc lectionem. — A. M.

alamanu et Flavius Constantins NN BB
Caess. salutem dicunt
ordini civit. Orcistanorum.
Actum est indulgentiae nos-
trae munere . . . s vobis civita-
tis tributom . . un . . o remo-
vere ut ubertatis etiam privi-
legium custodire itaque n
dienorum iniuriam ultra in-
dulgentiae nostra beneficia .
perdurantem praesenti
scriptione removemus; idque
oratis vestris petitionique
deferimus ut pecuniam quam
proculeis . . . ie solebatis in-
ferre, minime deinceps dependa-
tis hoc ill . . ituna virum perfe-
ctissimom rationalem asia-
nae dioeceseos lenitas nostra
perscribsit, qui secutus for-
mam indulgentiae concessae
vobis pecuniam deinceps pro
supradicta specie expeti a vo-
bis postularique prohibebit.
Bene valere vos cupimus.
Tasso et Abiabio cons.

In altero lapidis latere sequuntur legum alia fragmenta, quae versus 48. explent; verum adeo prodigiosis in scheda erroribus scatent, ut ea satius sit amittere, ne quid ridiculum et inutile lectoribus exhibeam. Inter cetera perspicue legitur Have Abiabi carissime nobis; *quae salutatio consonat cum legum constantinianarum et M. Aurelii epistolarum a me editarum formulis* — A. M.

I

Edictum Athalarici regis, quod insculptum tabulis marmoreis stetit olim in atrio basilicae vaticanae.

IOHANNI PAPAE ATHALARICUS REX

Si antiquis principibus studium fuit leges exquirere, ut subiecti populi delectabili tranquillitate fruerentur, multo praestantius est talia decernere, quae possunt sacris regulis convenire. Absint enim a nostro saeculo damnosa compendia. Illud tantum vere possumus lucrum dice-

re, quod constat divina iudicia non punire. Nuper siquidem ad nos defensor ecclesiae romanae flebili allegatione pervenit, cum apostolicae sedi peteretur antistes, quosdam nefaria machinatione necessitatem temporis aucupatos, ita facultates pauperum extorsis promissionibus ingravasse, ut quod dictu nefas est, etiam sacra vasa emptioni publicae viderentur exposita. Hoc quantum fuit crudele committi, tanto gloriosum est adhibita pietate resecari. Atque ideo sanctitas vestra statuisse nos praesenti definitione cognoscat, quod etiam ad universos patriarchas atque metropolitanas ecclesias volumus pertinere, ut a tempore sanctissimi papae Bonifacii cum de talibus prohibendis suffragiis P. C. senatus consulta nobilitatis suae memores condiderunt, quicumque in episcopatu obtinendo sive per se, sive per aliam quamcumque personam aliquid promisisse declaratur, ut execrabilis contractus cunctis viribus effoetetur. Si quis autem in hoc scelere deprehenditur fuisse versatus, nullam relinquimus vocem, verum etiam si aut repetendum aut quod acceptum est non reddendum esse crediderit, sacrilegii reus protinus habeatur, accepta restituens compulsione iudicis competentis. Iustissimae siquidem leges, ut bonis aperiunt, ita claudunt malis moribus actionem. Praeterea quicquid in illo senatus decretum est consulto, praecipimus in eos modis omnibus custodiri, qui se quoquo modo, per interpositas quascumque personas, scelestis contractibus miscuerunt. Et quia omnia decet sub ratione moderari, nec possunt dici iusta, quae nimia sunt, cum de apostolici consecratione pontificis intentio fortasse pervenerit, et ad palatium nostrum producta fuerit altercatio populorum, suggerentes nobis intra tria millia solidorum, cum collectione chartarum censemus accipere. A quibus tamen omnes idoneos rei ipsius consideratione removemus, quia de ecclesiastico munere pauperibus est potius consulendum. Alios vero patriarchas, quando in comitatu nostro de eorum ordinatione tractatur, in supradictis conditionibus atque personis intra duo millia solidorum iubemus expendere. In civitatibus autem suis tenuissimae plebi non amplius quam quingentos solidos se distributuros esse cognoscant. Reliquos accipientes, et edicti praesentis et senatus consulti nuper habiti, poena constringat; sed et dantes canonum severitas persequatur. Vos autem, qui patriarcharum honore reliquis praesidetis ecclesiis, quoniam constitutio nostra ab illicita promissione liberavit, restat ut bona imitantes exempla, sine aliquo ecclesiarum dispendio dignos maiestate pontifices offeratis. Iniquum est enim ut locum apud vos habeat ambitus, quem nos laicis divina consideratione perclusimus. Quapropter si quis apostolicae praesulem ecclesiae vel patriarcharum episcopum, sive per se, sive per parentes, aut servientium quascumque personas, aliqua suffragii crediderit ambitione promovendum, et ipsum reddere accepta definimus, et quod est canonibus

statutum, eum modis omnibus esse passurum. Si quis vero vero quae dederit aut promiserit, eodem superstite timuerit publicare, ab heredibus eius ecclesia repetat, cuius suffragio antistes deprehenditur ordinatus: nota infamiae nihilominus superstitas inurente. Reliquos quoque ordines sub eadem fieri districtione praecipimus. Quod si forsitan dolosae machinationis invento sacramentis persona intercedentibus fuerit obligata, ut salvo statu animae commissam iniquitatem neque approbare possit, neque audeat accusare, damus licentiam quibuslibet honestis personis, in singulis quibusque civitatibus apud iudices competentes hoc crimen deferre, et quicquid ex ea potuerit probatione recolligi, ut ad probationem (1) insequentes animemus, tertiam partem iudicatae rei ille percipiat qui tale facinus voluerit publicare: reliqua ipsis ecclesiis proficiant, quae videntur extorta, aut in fabricis earum, aut in ministeriis nihilominus profutura. Decet enim ad usus bonos convertere, quae voluit perversitas inimica fraudare. Quiescat igitur malignantium prava cupiditas. Quo tendunt, qui a fonte praeclusi sunt? Recolatur et timeatur Simonis iusta damnatio, qui emendum credidit totius largitatis auctorem. Orate igitur pro nobis, edicta nostra custodientes; quia divinis noscitis convenire mysteriis. Sed quo facilius principis votum universorum mentibus innotescat, hoc senatui, hoc populis, per praefectum urbis praecipimus intimari: ut generalitas agnoscat, nos illos prosequi qui maiestati divinae potius viderentur adversi. Vos quoque hoc universis, quos Deo propitio regitis, episcopis intimate: neque sit alienus a culpa, qui potuit agnoscere constituta. (2)

I

Romae sub Ianiculo.

Claudius Iulius Eclesius Dynamius VC. et inl. urbis praef. P. Amore patriae compulsi ne quid diligentiae deesse videatur studio nostro, adici vovimus ut omnium molendinariorum fraudes amputentur quas subinde venerabili populo atque universitati fieri suggerentibus nobis agnovimus. Et ideo stateras fieri praecepimus quas in Ianiculo constitui nostra praecepit auctoritas. Unde hoc programmate universitatem nosse decernimus, frumenta cum ad haec loca conterenda detulerint, consueta fraudibus licentia posset amoveri, primo pensare non differant: deinde postquam fregerint, propter fidem

(1) Alia lectio *approbatione*.

(2) Cassiodor. epist. lib. IX. 15. Confer epist. 16, qua praecipitur ut hoc edictum in marmore incisum in porticu S. Petri proponatur.

integrae observationis adhibitis iisdem ponderibus, agnoscant nihil sibi abstulisse licentiam fraudatorum. Accipere autem secundum constitutum brevem molendinarios tam in Ianiculo quam per diversa praecipimus per modium unum nummos III. Ita quod si quis eorum inlicita praesumptione farinam crediderit postulandam, deprehensus et multae subiaceat et fustiario supplicio se noverit esse subdendum. Illud autem humanitas nostra propter corporatorum levamen adicit, ut si qui voluntate propria non compulsus sed donandi animo farinam offerre voluerit, habeat qui accipit liberam facultatem. (1)

1

Romae in porta ripae, quam portuensem alii, navalem vero Marlianus, olim appellatam esse volunt.

S. P. Q. R.
Impp. Caess. DD. NN. invictissimis principibus Arcadio et Honorio
victoribus ac triumfatoribus semper augg.
ob instauratos urbis aeternae muros portas ac turres egestis inmensis ruderibus ex suggestione V. C. et inlustris
militis et magistri utriusque militiae Stiliconis (2) ad perpetuitatem nominis eorum simulacra constituit
curante FL. Macrobio Longiniano V. C. praef. urbis D. N. M. Q. eorum.

2

In hemicyclo absidis templi S. Martinae, quod olim secretarium populi romani fuit ad forum romanum, ubi etiam duae insignes tabulae marmoreae, ex arcu aliquo triumphali desumptae, magnifice sculptae extant.

Salvis (3) dominis nostris Honorio et Theodosio victoriosissimis principibus
secretarium amplissimi senatus, quod vir inlustris Flavianus instituerat et fatalis ignis absumpsit,
Flavius Annius Eucharius Epifanius VC. praef. urb. vice sacra iud. reparavit et ad pristinam faciem reduxit.

(1) Fabrett. p. 529. n. 382. ex Mabillon. analect. T. IV. p. 495. Dederat mendose Gruterus p. 1114. 6. De molendinis in Ianiculo agit Fabrettus de aquaed. n. 347. diss. 3.

(2) Vocab. *Stiliconis*, et mox *FL. Macrobio Longiniano V. C. praef. urbis*, deleta in marmore fuerunt, ita tamen ut adhuc aegre conspiciantur. Nimirum post Stilichonis necem ea litura accidit. — A. M.

(3) Sic in patera argentea gemmis distincta, cum imagine Faustinae aug. apud Donium cl. II. n. 158. CAΛBΩ KOMMOΔΩ ΦHΛIΞ ΦATΣTEINA.

1

Romae in porta S. Laurentii parte exteriori, litteris partim deletis scalpro partim opere tectorio obductis.

S. P. Q. R.
Impp. Caess. DD NN invictissimis prin . . . torib. semper augg.
ob instauratos su . . .
. . . . orum simulacra *con*stituit
. . . . M. Q. eorum.

2

Effossa A. 1735. prope Tibur.

Beatissimo saeculo dominorum nostrorum
Constanti et Constantis augustorum
senatus populusq. romauus
clivum tiburtinum in planitiem redegit
curante L. Turcio Secundo Aproniani praef. urb. fil.
Asterio C. V. correctore Flam. et Piceni. (1)

3

Romae in arcu, qui modo non extat, proximo ponti arcis Aeliae sive S. Angeli.

Impp. Caess. D. D. D. N. N. N. Gratianus Valentiuianus et Theodosius
pii felices semper auggg.
arcum ad concludendum opus omne porticuum maximarum aeterni
nominis sui pecunia propria fieri ornariq. iusserunt.

4

Romae in foro palatino.

Forum po. romano suo
domini et principes nostri
Valentinianus et Valens
curante
Flavio Eupraxio V. C. (2)

5

Romae effossus lapis ad aggerem Servii.

Arcus pilas et pluteum ex utraq. parte
ovata . . labore expenso a VV. CC. et
spectabilibus Tarpeio Anncio Fausto
VC. comite ordinis primi et formarum,
et Iulio Felice Campaniano VC. ex comite
ordinis primi et formarum instauratum.(3)

(1) Mur. p. 463. 9.

(2) Mur. p. 264. 8. ex Mabill. T. IV. analect. p. 489. n. 25. ex cod. einsidl. Rursus Mur. p. 464. 6. e schedis Cyriaci cum varietatibus.

(3) Fabrett. p. 677. n. 31.

1

Romae.

Valens et Gratianus
pii felices ac triumphatores
semper augg.
porticus areasq. macello
Liviae ad ornatum urbis
suae addi dedicariq.
iusserunt. (1)

2

Supra portam Diarbeki.

Virtute per . . .
piis invictisq. imperatoribus
salvisq. Valentiniano et
Gratiano perpetuis ac semper
triumpatoribus amoris
pietatisq. monumento
Hairrbs (2) aedificata est.

3

Romae in villa Caesiorum.

. . Constans victores ac triumfatores sem . .
. . eum das umciae diurna incuria ei pen . .
. . seriem neglectum adque ita destitutum ut ein . . . (3)

4

In introitu urbis Romae per portam arcis Aeliae sive S. Angeli.

Romanus Francus Burdusque viator et omnis
Hoc qui intendit opus cantica digna canat.
Quod bonus antistes quartus Leo rite novavit
Pro patriae ac plebis ecce salute suae.
Princeipe cum summo gaudens haec cuncta Iohannes
Perfecit, cuius emicat altus honor.
Quos veneranda fides nimio devinxit amore,
Hos Deus omnipotens perferat arce poli.
Civitas Leonina vocata. (4)

(1) Grut. p. 1080. 90; Mabill. l. c. p. 488.
(2) Mur. p. 1098. 6. intelligit *haec urbs.*
(3) Adv. barberin. p. 20. n. 1.
(4) Sarazan. ad carm. XXI. S. Damasi p. 181. aliique.

1

* *Romae in porticu S. Mariae trans Tiberim parvus lapis e coem. Gordiani.*

Hic fuit horridus
ante locus
Asteri consilio coe-
ptus liberaliter Bromio
silvigeri dei auxilium
renovatum in urbe. (1)

2

Romae in S. Iohannis calybitae.



inminc . .
aniensis n . .
Anthidi . .
insisten . .
. . consula . .
. . nov. Syagrio . . (2)

3

Romae ad portam viridiariam.

Qui venis ac vadis decus hoc adtende viator
Quod quartus struxit nunc Leo papa libens.
Marmore pretioso radiant haec culmina pulchra
Quae manibus hominu̅ facta decora placent.
Caesaris invicti quod cernis iste HLOTHR,
Tantum praesul ovans tempore gessit opus.
Credo malignorum tibi nunquam bella nocebunt,
Neve triumphus erit hostibus ultra tuis.
Roma capud orbis, splendor spes aurea Roma,
Praesulis ut monstrat en labor alma tui.
Civitas haec a conditoris sui nomine Leonina vocatur.

4

In ponte Salario, II. ab urbe lapide supra Anienem, inconditis litterarum formis.

Imperante DN piissimo ac triumphali semper Iustiniano PP.
ann. XXXVIIII
Narses vir gloriosissimus ex praeposito sacri palatii ex cons.
atque patricius post victoriam gothicam ipsis eorum regibus
celeritate mirabili conflictu publico superatis atque prostratis
libertate urbis Romae ac totius Italiae restituta pontem viae Salariae us-
que ad aquam a nefandissimo Totila tyranno distructum purgato fluminis alveo
in meliorem statum quam quondam fuerat renovavit. (3)

(1) Marangon. res ethn. p. 262. Sed male ait scriptam litteris augusteis.

(2) E schedis Suaresii in bibl. barberin.

(3) Grut. p. 161. 1.

In altero pontis latere, qua maris flatus et venti veniunt, unde ipsam marmor valde inquinatum est nigredine. Prior versus maioribus et longioribus litteris perscriptus est; reliqui quo remotiores a primo fiant, eo minoribus scribuntur litteris: veruntamen tot lituris laborant, ut prorsus erasi videantur; nec nisi magna adhibita diligentia legantur.

† Quam bene curbati ❦ directa est semita pontis ❧
Atque interruptum ❧ continuatur iter ❦
Calcamus rapidas ❧ subiecti gurgitis undas ❦
Et libet iratae ❧ cernere murmur aquae ❧
Ite igitur faciles ❧ per gaudia vestra Quirites ❦
et Narsim resonans ❧ plausus ubique canat ❧
Qui potuit rigidas ❦ Gothorum subdere mentes ❧
Hic docuit durum ❧ flumina ferre iugum ❧ (1)

I

Romae in crepidinibus pontis Cestii inscriptio eadem hinc et inde.

Domini nostri Imperatores Caesares
Fl. Valentinianus pius felix maximus victor. ac triumf. semper aug. pontif. maximus ❧
germanic. max. alamann. max. franc. max. gothic. max. trib. pot. VII. imp. VI. cons. II. P. P. P. et ❧
Fl. Valens pius felix max. victor. ac triumf. semper aug. pontif. maximus ❦
germanic. max. alamann. max. franc. max. gothic. max. trib. pot. VII. imp. VI. cons. II. P. P. P. et ❧
Fl. Gratianus pius felix max. victor. ac triumf. semper aug. pontif. maximus ❦
germanic. max. alamann. max. franc. max. gothic. max. trib. pot. III. imp. II. cons. primum P. P. P.
Pontem felicis nominis Gratiani in usum senatus ac populi rom. constitui dedicariq. iusserunt ❦

In eodem ponte in ea parte quae flumen respicit et latus coenobii S. Bartholomaei, litteris cubitalibus et linea perpetua.

. . tiani triumfalis principis pontem aeternitati augusti nominis consecratum in usum senatus populiq.
romani D. D. D. N. N. N. Valentinianus Valens et Gratianus victores maximi ac perennes augusti perfici
dedicariq. iusserunt . . . .

(1) Grut. l. c. n. 2.

1

Emeritae in ponte.

Solverat antiquas moles ruinosa vetustas
    Lapsum et senio ruptum pendebat opus.
Perdiderat usum suspensa via per amnem,
    Et liberae pontis casus negabat iter.
Nunc tempore potentis Getarum ERVIGII regis
    Quod deditas sibi praecepit excoli terras.
Studuit magnanimus factis extendere nomen,
    Veterum et titulis addidit SALLA suum.
Nam postquam eximiis novavit moenibus urbem,
    Hoc magis miraculum patrare non destitit.
Construxit arcos, penitus fundavit in undis,
    Et mirum auctoris imitans vicit opus.
Nec non et patriae tantum creare munimen
    Summi sacerdotis ZENONIS suasit amor.
Urbs augusta felix mansura per saecula longa,
    Novata studio ducis et PONTIFICIS. Era DCCI. (1)

2

Romae in ponte Cestio in basi.

Benedictus alme
urbis summ. senato-
r. restauravit hun-
c pontem fere diru-
tum. (2)

3

Pisauri reperta A. 1738. extat modo apud Passerios.

DD.NN.impp Caess. Gratianus . .
Valentinianus triump . . s . .
pontem vetustate corr . .
in usum cursus publici res . .
aptariq. iusserunt cura G. Fl. .
tino cur. R. P. (3)

(1) Floresius H. S. T. XIII p. 223. ex vetustissimo codice ecclesiae toletanae, in quo hoc lemma: *incipiunt versi in ponte emeritensi inscripti.* Edidit mutilum epigramma Morenus de Varga in sua historia p. 23. Porro huius Zenonis episcopi emeritensis nusquam nisi heic mentio.

(2) Grut. p. 160. 5. Vidit Smetius. Gallet. T. II. p. 2. ait pertinere ad finem saeculi XII. V. Mur. T. X. S. R. I. p. CCXVIII.; Vital. st. del sen. p. 1. In excerptis archii Sublac. apud Mur. A. m. ae. T. V. p. 769. sub Martino (immo Marino) PP. mentio est eminentissimi et gloriosi ducis Benedicti. Item in charta Sublac. an. 952. ibid. T. I. p. 163. habetur Benedictus in Dei nomine consul et dux. Igitur vel duo Benedicti saec. IX. et X; vel Marinus II. est, non I. Sed enim A. Laelius Podagricus, et Metellus in suis ad Mazochium adn. haud satis antiquam hanc dicunt inscriptionem.

(3) Ex Calogera N. R. T. VI. p. XCII.

1

Tibure in pariete secretarii S. Michaëlis.

Constant . .
Constantis . .
augustorum . .
senatus . .
populusque . .
romanus . .
pontem refecit . .
curante L. Turcio . . cu . .
Aproniani praef. . .
Asterio V. C . .
Flam . . (1)

2

Romae in S. Hadriani in foro rom.

✝ Salvis domi . .
augusto et gl . .
Theoderico V . .
ex com. domest . .
in atrio liber . .
quae vetus . .
ve confect . .
. . fest . .

3

Nisibi prope pontem non longe ab ipsa urbe.

Iustino imperatori dilectissimo
exercitus eius orientis gentem barbaram
e curru statuario cautionem ad gloriam
construxit. (2)

4

Albingauni in aedibus comitis Costae, deinde marchionis Balestrini.

Constanti virtus studium victoria nomen
Cum recipit Gallos, constituit Ligures.
Moenibus ipse locum dixit duxitq. recenti
Fundamenta solo, iuraq. parta dedit.
Cives tecta forum portus commercia portas
Conditor exstructis aedibus instituit.
Dumque refert orbem, me primam protulit urbem,
Nec renuit titulo limina nostri loqui.
Et rabidos contra fluctus gentesq. nefandas
Constanti murum nominis opposuit. (3)

(1) Grut. p. 1079. 1. ex Sirmondo qui vidit.
(2) Spon. misc. p. 277; Donat. p. 224. 2.
(3) Mur p. 692. 3; Burman. anthol. T. I, p. 472.

1

Constantinopoli ad portam novam.

Theodosii iussis gemino nec mense peracto
Constantinus ovans haec moenia firma locavit
. . . tam stabilem . . . vix conderet arcem. (1)

2

Urbenova in via Claudia V. mill. pass. a Mutina.

✝ Haec XPS fundamina posui fundator . . .
rege felicissimo Liutprand per eum ce . . .
hic ubi insidiae prius parabantur pl . . .
facta est securitas ut pax servet . . .
sic virtus altissimi fecit Longibardo . . .
tempore tranquilli et florentiss . . .
omnes ut unanimes implentes princ . . . (2)

3

Brundusii in basi columnae turris S. Basilii.

Illustris pius actibus atque refulgens
prothospata Lupus urbem hanc struxit ab imo
quam imperatores magnificique benigni (3)
. . . .

4

Alicubi in Britannia.

Anno dominicae incarn. Aelfredus rex
fecit hanc urbem DCCCLXXX. regni sui VIII. (4)

5

Veronae in museo in figuratis marmoribus, quibus aevo medio maioris fori salientes exornati fuerant.

Rex Alboynus Lobardor . . .
Verona Berengarius iperator . . .
marmorea Verona Veron . . . (5)
. . . .

(1) Mur. p. 2011. 8. Vir quidam eruditus tertium versum sic supplebat *tam cito tam stabilem Pallas vix conderet arcem.*

(2) Misit ad Marinium Tiraboschius accurate exscriptam. Dederat Muratorius mendosam p. 468. 2. et A. m. ae. T. II. p. 196.

(3) Mur. p. 1905. 1.

(4) Cambden. Britann. p. 157.

(5) Mus. Ver. p. 208.

1

In pariete ecclesiae ruralis castri S. Laurentii in campo agri Senogalliensis lapis, in cuius antica facie legitur inscriptio, quam vulgavit Gruterus p. 444. n. 8; in postica autem haec graecis litteris.

ΤΑΝΤΙ ΚȣΕΜ ΗΚ ΚΕΡΝΙΣ ΑΙΚȣΟΡΙΣ ΚΙΡΚȣΙΤȣΜ ΤΕΞΙ
ΣȣΑΣΑ
ΓΡΑΙΚΟΡȣΜ ΝΑΤΑ ΛΑΒΟΡȣΜ
ΑΛΑΡΙΚȣΣ ΙΜΠȣΣ ΜΕ ΠΕΡΔΕΡΕ ΚΩΝΑΝΣ
ΤΟΤ ΑΔΙΑΚΕΝΤΙȣΜ ΟΠΠΙΔΩΡȣΜ ΜΑΤΡΕΜ
ΚΡΕΑΒΙΤ.
ΤΩ ΘΕΩ ΔΟΞΑ. (1)

2

Romae in basilica Ostiensi. Fuit in porta suburbii S. Pauli.

Hic murus salvator adest invictaque porta,
Quae reprobos arcet suscipit atque pios.
Hanc proceres intrate senes iuvenesque togati
Plebsque sacrata Dei limina sancta petens.
Quam praesul Domini patravit rite Ioannes,
Qui nitidis fluxit moribus ac meritis.
Praesulis octavi de nomine facta Ioannis
Ecce Ioannipolis urbs veneranda cluit.
Angelus hanc Domini Paulo cum principe sanctus
Custodiat portam semper ab hoste nequam.
Insigne nimium muro quam construit amplo
Sedis apostolicae papa Ioannes ovans.
Ut sibi post obitum caelestis ianua regni
Pandatur Christo sat miserante Deo.

3

Ad turrim fluminis Lyris prope Minturnas.

Hanc quondam terram destruxit gens agarena
Scandens hunc fluvium. Fieri ne postea possit,
Princeps hanc turrim Pandolfus condidit heros
Ut sit structori decus et memorabile nomen. (2)

(1) Extat apud Muratorium A. m. ac T. I. p. 12. cum explicatione: *tanti quem ic cernis aequoris circuitum texi Suasa graecorum nate laborum. Alaricus impius* (hoc vocabulum *impius* non intellexit Mur.) *me perdere conaus, tot adiacentium oppidorum matrem creavit.* — A. M.

(2) Mur. p. 2013. 5. Donius ex Capacio habet *terram vastavit.*

1

Lapis effossus A. 1763. in ecclesia collegiali vici Viae longae, hodie Santia *dioec. Vercellensis.*

Oppidum nuper
sanctae Agathae
ing. regina Theodolinda
vicus antea viae
longie lctuumlo-
rum pago
forum frequentissi-
mum quod Romae
olim viros consul-
ares sibi patronos
cooptabat. (1)

2

Nolae in seminario, reperta Cimitili.

POMPE . . .
Barbarius Pompeian.
V. C. cons. Kamp. civita-
tem Bellam nuda ante
soli deformitate sorden-
tem silicibus e montibus
excisis non e dirutis
monumentis advec-
tis consternendam
ornandamque cura-
vit
curante V. C. TI. Pro-
culo patrono et cur.
Abellanorum . . . (2)

3

Anxure sive Terracinae in foro.

D. N. glrsmus adq. inclyt. rex Theodoricus vict. ac tri-
umf. semper aug. bono R.P. natus custos liberta-
tis et propagator rom. nom. domitor gtium
Decennovii viae Appiae idest a trib. usq. Tarric. iter et loca quae
confluentib. ab utraq. parte palud. per omn. retro princip.
inundaverant usui pubco et securitate viantium ad-
miranda propitio Deo felicitate restituit, operi
iniuncto naviter insudante adq. clementissimi
princip. feliciter deserviente praeconiis ex prosa-
pia Deciorum Caec. Mau. Basilio Decio V. C. et inl.
ex P. V. ex PP. ex cons. ord. pat. qui ad perpetu-
andam tanti domini gloriam per plurimos
qui ante non erant albeos deducta in mare aq-
ua, ignotae atavis et nimis antiquae red-
didit siccitati. PE (3)

(1) Durand. de antiq. condit. agr. vercell. p. 84.

(2) Remondin. II.N. T. I. p. 248. III. n. V; Pratill. consul. p. 68.

(3) Grut. p. 152. 8. e schedis Metelli; Pratill p. 26. Vide Procop. B. G. l. 2.; Rubeum historia Rav. p. 152. — Mr. Certe Gruteri editio a mariniana scheda satis differt. — A. M.

1

Ravennae in ecclesia S. Vitalis.

Rex Theodericus favente
Deo et bello gloriosus et
otio fabricis suis amoena con-
iungens sterili palude siccata
hos hortos suavi pomorum foe-
cunditate ditavit. (1)

3

Ticini in aedibus Pallcariorum columnae miliariae fragmentum.

DD. NN.
Constantinus
. . . . . .
aug.
. . . . (3)

4

Pergentibus ad vicum S. Genesii prope Cisteronem occurrit rupes divisa opere humano, cum hac inscriptione. Locus autem vulgo dicitur Petra scripta.

Cl. ꝺ Posthumus Dardanus V. inl. et pa-
triciae dignitatis, ex consulari pro-
vinciae Viennensis, ex magistro scri-
ni lib ꝺ ex quaest ꝺ ex praef. ꝺ praet. ꝺ
Nevia Galla clar ꝺ et inl ꝺ fem ꝺ
eius loco cui nomen Theopoli est
viarum usum caesis utrinq. mon-
tium lateribus ꝺ praestiterunt, muros
et portas dederunt, quod in agro
proprio constitutum Tuentioni om-
nium voluerunt esse commune, adni-
tente etiam V ꝺ inl ꝺ com ꝺ ac fratre me-
morati viri clar ꝺ Lepido ex consulari
Germaniae primae, ex magistro memoriae,
ex com ꝺ rerum privat ꝺ ut erga omni-
um salutem eorum studium
et devotionis publicae
titulus posset ostendi. (4)

2

Veronae in museo publico in columna quae fuit olim ad S. Petrum Carianum.

D. N. Constantinus
maximus imper . .
VIII.
A P
XXXX (2)

5

Mutinae in columna.

. . . .
bea-
tissimorum
Caesar.
mo p . . . .
. . . . (5)

6

Alicubi in Hispania.

Ex officina
Homoni ute-
re felix Vas-
coni in
X
Proc. Tiberia-
no factus
est horreum
D. N. Valenti-
niano aug.
ter et Eutro-
pio V. C. cons.
scrib. Elefanto. (6)

(1) Mur. p. 467. 6. Vide Zirard. aedif. p. 87. et Lam. notit. flor. A. 1750. p. 367.

(2) Mus. Ver. p. 104. 4.

(3) Zachar. T. I. excurs. litt. p. 212; Donat. p. 150. 8.

(4) Spon. p. 150; Grut. p. 151. 6. Vide Sirmondum in adn. ad Sidonium.

(5) Mur. p. 267. 5.

(6) Mur. p. 391. 2.

1

Viennae in gymnasio publico bonarum litterarum.

DDD. NNN. Valentiniani Valentis et Gratiani perrennium augustorum saluberrima iussionem hunc burgum a fundamentis, ordinante viro clarissimo equite comite et utriusque militiae magistro, insistente etiam Leonteo PP. milites auxiliares Lauracenses cure eius commissi consulatus eorundem dominorum principumque nostrorum tertii ad summam manum perduxserunt perfectioues. (1)

2

Ciresae in Hispania in S. Petri.

Iussu domini et principis nostri
magni maximi victor. . . .
semper augusti
Antonius Maximinus . . .
nova provinciae ma . . .
primus consularis et . . .
praeses viam ab . . .
rupibus famosam . . .
con . . . a Navisso . . . opac . . .
perdomito averso . . .
inundationes o . . . . (2)

3

Non procul Strigone.

Iudicio principali D.D.D. N.N.N.
Valentiniani Valentis et Gratiani
principum maximorum, dispositione etiam
inlustris viri utrinsq. militiae magistri
comitis, Foscanus praepositus legionis I.
Martiorum, una cum militibus sibi creditis,
hunc burgum cui nomen Commercium, qua
causa et factus est, a fundamentis et construxsit
et ad summam manum operis XXXXVIII
consulatu D. N. Gratiani aug. II et
Probi V. C. fecit pervenire. (3)

4

Thignicae in regno Tunetano.

Altissimo saeculo DDD. NNN.
orb ... tori ... indulta pace
civi .... Thignicensis ... proc. (4)

5

Romae ad theatrum Marcelli.

Olibrius V. C. fratri
admirandae probitatis
Faltonius Probus
Alyphus V. C. (5)

(1) Grut. p. p. 164. 3.
(2) Mur. p. 465. 5. ex Donio p. 72. n. 22.
(3) Grut. p. 164. 4.

(4) Donat. p. 344. 1. e Shawio T. I. p. 219.
(5) Grut. 1098. 4.

1

Prope Sinuessam lapis erutus A. 1765.

DD. NN. Fl. Valentiniani P. F.
semper aug. et Gratiani Cae...
viam aquar. illuvion. et s...
ctur. interruptam ab Sinues...
Cumas usque in eaq. pontes...
sionesq. mill. P. XV.
Iulius Felix
Campaniae consu...
restit. cur... (1)

2

Florentiae in museo mediceo in columna advecta ex Africa.

. . . .
Constantinus maximus
. . . semper aug.
. . . .
. . . .
Claudius Constantinus
maximus Caes . .
. . . .
. . . .
. . . MC. XXXII. (2)

3

Parmae.

T. Fl. Claudius Constantinus
iun. nob. Caes.
M. P. L. (3)

4

In regno Tunetano Thignicae, hodie Tunga.

. . . .
Constantini max. V . . .
nia . . . fundamentis et s . . .
. . . tudo Domiticeno filio. (4)

5

Aeserniae apud moniales S. Mariae.

L. Abulius Dexter
macellum porticum chalcidicum
cum suis ornamentis loco et
pecunia sua.

Ibidem in alio lapide.

Macellum terrae motibus lapsum,
Avieno Iustiniano rectore provinciae
disponente, Castricius vir primarius
sumptu proprio fieri curavit cum
Silverio filio, acceptis columnis
et tegulis a re publica. (5)

6

Emeritae.

Imp. Caes. Gratianus
pius felix max. vict.
ac triumph. semp. aug.
pont. max. germ. max.
alamanus max. franc.
max. goth. M. TR. P. III.
imp. II. cos. IIII. prim. P. PP.
restituit
C. XI. (6)

(1) Pratill. consul. p. 77.
(2) Gor. T. I. p. 13. n. XI.
(3) Mur. p. 464. 2.
(4) Donat. p. 219. 5.
(5) Mur. p. 469. 1.
(6) Grut. p. 159. 7.

1

In agro Arianensi, in fundo dicto feudo di S. Eleuterio *lapis erutus A.* 1784.

. . . P. Caesar
divin . . . vae f.
Nerva Traianus
aug germanic. dacic.
pont. max. trib. pot.
XIII. imp. VI. cos. V
P . . . .
viam a Benevento
Brundusium pecun.
sua . . . .
DDD . . . Theodos
Arcadi et Honor. (1)

2

Emeritae.

Imp. Caes. Flavius
Constantin. aug.
pacis et iustitiae
cult. pub. quietis
fund. religionis
et fidei auctor
remisso ubique
tributo finitimae
provinc. iter.
restaur. fecit
CXIIII. (2)

3

Romae in villa Iustinianorum, in basi marmorea.

Gabinius Vettius
Probianus V. C. praef. urb.
statuam conlocari prae-
cepit quae ornamento
basilicae esse
posset inlustri. (3)

4

Neapoli in museo regio.

Signa translata ex abditis
locis ad celebritatem
thermarum Severianarum
Audentius Saemilanus V. C. cons.
Camp. constituit dedicarique precepit
curante T. Annio Chrysantio V. P. (4)

5

Reperta basis in foro romano prope tres columnas litteris constantinianae aetatis.

Gabinius Vettius
Probianus V. C. praef. urb.
statuam quae basilicae
Iuliae a se noviter
reparatae ornamento
esset adiecit. (5)

In lat. dextro eiusd. lap. sed littera temporis Septimii Severi.

Dedic. XV. K. febr. per
T. Arrium Bassianum C. V. cur.
oper. publicorum.
*Cornelio An*ullino II et Aufid.
Frontone cos. (6)

(1) Tradidit Marinio abbas Vitalis.
(2) Grut. p. 159. 4. e schedis Schotti.
(3) Ex cod. B. V. in quo inscr. Iustin. Grut. p. 1080 11.
(4) Fabrett. p. 280. 173. quem vide p. 334. de formula *signa translata*. V. Pratill. consul. p. 48; Martorell. Th. calam. p. 141; Donat. 217. 5.
(5) Grut. p. 171. 2.
(6) Grut. p. 171. 7.

1

Romae in villa Columnensium, basis.

Petronius
Maximus evo
praef. urbi
curavit.

in latere dextro.

Pro reparatione· (1)

2

In basilica Ostiensi.

Petronius Maximus V. C.
praefectus urbi curavit· (2)

3

Veronae in museo publico, in cippo.

Hortante beatitudine
temporum DDD. NNN.
Gratiani Valentiniani
et Theodosi angg.
statuam in Capitolio
diu iacentem in
celeberrimo fori
loco constitui
iussit Val. Palladius
VC· cons. Venet· et Hist· (3)

4

Romae in Capitolio ex museo Albaniorum, item ex hortis Iustinianeis, quondam in basi, nunc in tabula inde dissecta.

DD. NN. Valentinianus
et Valens augusti
ornatui publico
constitui locarique
iusserunt
administrante Rufio
Volusiano V· C· ex praef·
praet. praef· urbi iud.
iterum sacrarum cognit· (4)

5

Romae in mus. Alb.

Fonteius Litorius
. . . entius V. C.
praef·
urbi curavit. (5)

Olim in eiusdem baseos latere dextro.

. . . usto III.
. . . et F. iter· cos.
. . . vit
. . . lei.

6

Romae in hortis Iustinianeis in columna.

Fl. Amazo-
nius V.P.
curavit. (6)

7

Romae apud Angelum Colotium.

Plutinus
Eustatius VC·
urbis P· fecit (7)

8

Romae in hortis Alexandri Massinii.

Anicius Paulinus
V. C. praefectus
urbi curabit· (sic) (8)

(1) Marang. res ethn. p. 194. V. Sirmond. T. I. p. 510, Grut. p. 1080. 6. Nisi potius legendum est, *per reparationem*; nam *per* compendiose scribitur.

(2) Margarin. n. 842. ex Apiano.

(3) Mus. V. p. 107; Grut. p. 985. 2; Ver. ill. P. I. p. 177; Donat. p. 221. 3. Videsis dissertationem Bertolii de mus. veron p. 83.

(4) Mur. p. 464. 5. ex Donio. Fabrett. p. 208. n. 515; Gud. p. 83. 1. Reines. p. 255. Donat. p. 151. 9. 221. 5; Spon. p. 276; Inscr. alban. p. 4.

(5) Mur. p. 703. 5.

(6) Fabrett. p. 280.

(7) Mur. p. 734. ex Ligorio.

(8) Reines. cl. VI. n. 125.

1

Beneventi.

. . . invictissim.
. . . Theodosii
. . . aviniano
. . . dus Rufinus
. . . errimi ord.
statuam
in abditis lo-
cis repertam ad privatum
et publicum *loco* celeber-
rimo constituendam
curavit insistente VL·Firmo. (1)

2

Casertae.

Furius Audentius
Annianus V. C.
Camp. cons·
fieri curavit. (2)

3

Romae, repetita in duobus marmoribus.

Fabius Felix
Pasifilus Paulinus
V. C. et inl· praef·
urbi dedicavit· (3)

4

Romae in S. Viti iuxta arcum Gallieni, basis quae arae maximae fulcrum praebet.

Fl. Euricles
Epitynchanus
V C.
praef·urb.condi-
tor huius fori
curavit.

In latere sinist.

Coll.X.kal·febr·
Arriano et Papo
cos. (4)

5

Romae in via Ostiensi.

Iunius Pomponi-
us Ammonius
V. C·praef· urbi
curavit. (5)

6

Beneventi sub ponte Leproso, ingens lapis.

Valentis et Gratiani augustor· (6)

7

Brixiae.

Cor. Gauden-
tius V. P. comet.
Corruen. et
Hist. curavit· (7)

8

Beneventi in choro archiepiscopali.

Clodius
Octavianus
V. C. de proprio
ornatui dedit. (8)

9

Romae in ss. Iohannis et Pauli.

Anicius Amnius
Paulinus V. C.
praefectus urbi
reparavit. (9)

(1) De Vita AA. Ben. p. XIX. n. 10; Donat. p. 223. 1.

(2) Pratill. consul. p. 63.

(3) Grut. p. 1080. 1.

(4) Grut. p. 168. 7. Vidit Smetius. In cod. vat. 5253. p. 338. *Euryctes Epityncanus.*

(5) Mur. p. 714. 5. ex Ligorio.

(6) De Vita p. XIX. n. 8.

(7) Maff. Ver. ill. T. IV. n. 47. T. I. p. 340. P. I. p. 178. 362; Grut. p. 356. 3; Mur. p. 694. 1; Carl. AA. Ital. T. III. p. 58.

(8) Grut. p. 193. 2.

(9) Mur. p. 470. 2. ex Ligorio. De Aniciis videsis Reines. epist. p. 624. 633, et inscr. p. 67. V. Masoch. p. 30. b.

1

Romae in hortis iustinianorum, ingens basis.

Turcius
Apronianus
V. C.
praef. urbi
curavit. (1)

2

Romae in S. Petri ad vincula.

Clodius Hermogenianus
Olybrius V. C.
praef. urb.
curavit. (2)

3

Romae in S. Pauli extra moenia.

Eusevius
VC. et inl
PV. VCSI reparavit. (3)

4

Romae in atrio iuliano vaticani palatii e regione bibliothecae.

. . re paternae
. . nomiae C. M. F
uxori optumae
et merito
dilectissimae
L. Turcius Secundus
Asterius V. C. ex aere
statuam dedit. (4)

5

Romae in villa Burghesia, in basibus repertis in foro romano (5)

Ti. Fabius Titianus
V. C. consul. praef. urbi
curavit.

6

Ibidem.

Ti. Fabius Titianus
V. C. cons. ord. praef. urb.
curavit.

7

Romae in museo vaticano ingens lapis, in quo vetus inscriptio deleta visitur, et nova superinducta. Illius in coronide remanent adhuc vestigia litterarum. Translata fuit inscr. e ruinis ostiensibus.

Curavit Ragonius
Vincentius Celsus
VC. praefectus F
annonae urbis I
Romae, et civitas G
fecit memorata
de proprio.

8

Catinae reperta A. 1769.

. . vernantibus
. . saeculis DDD NNN
. . genio splendidae ur-
. . Biscatinae
. . Facundus Porfyrius
. . Munatidius VC.
. . cons. eiusdem. (6)

(1) Gud. p. 83. 8.

(2) Reines. p. 406; Gud. p. 121. 5.

(3) Mur. p. 507. 5.

(4) Hanc inscriptionem consulto omiserat Marinius, quia fortasse sublestam indicaverat. Deinde in adm. monuit ponendam hoc loco videri, cuius ego consilio obtemperans, a me exscriptam do— A. M.

(5) Grut. p. 193. 7. 8; Mur. p. 393. 1. 2; Masach. p. 20.

(6) In notit. flor. A. 1770. p. 502. legitur sermo Principis catinensis de hac inscriptione.

1

Romae apud Alexandrum Rondonium

Rufius Antonius
Agrypnius Volusianus
V. C. praef. urbi iterum
vice sacra iudicans
curavit· (1)

2

Romae in musaeo Kircheriano, item in basilica S. Pauli via ostiensi, in columnae basi, quae lampades sepulcri apostolici fulciebat.

FL. Eugenius Asellus
VC· praef· urb·
V· S· I. reparavit· (2)

3

Romae in loco qui dicitur Simon magus *ad aedem S. Mariae novae·*

Castallius Innocentius Audax V C.
praef. urbis vice sacra iudicans
barbarica incursione sublata
restituit· (3)

4

Calari, apud PP. Minores in burgo Stampache.

SS. DD. NN.
Claudius . . . us
prudenti modo
conlocavit. (4)

5

Romae in cavaedio palatii Albaniorum, in basi: extitit olim in implavio palatii archiepiscopi Raven. in Burgo. (5)

Salvis DD. NN.
Honorio et Theodosio
PP. FF. semp. agg·
Caecina Decius
Acinatius Albinus
VC. praef. urbi
facto a se adiecit
ornatui.

in dextro latere.

sic
Dedicata pridiae
nonas novembreis
Rust . . . II . . . linio
cos.

6

In regno Tunetano.

Pollentes in fine imperio
DD. NN. Honori et Theodosi PPS imp. aug.
administrante Felici Innodio (6) . . .
proc . . . .
. . . .

(1) Grut. p. 193. 10.

(2) Margarin. n. 481; Severan. hist. p. 399; Baron. T. VI. p. III; Grut. p. 193. 6; Mur. p. 382. 3. Maroch. p. 169. *urbi.*

(3) Grut. p. 193. 9. ex Marocb. p. 25. b.; Sirmond. T. I. p. 1065. In quodam codice *Castallius Astallius.*

(4) Mur. p. 266 2.

(5) Grut. p. 286. 7; Inscr. alban. p. 43.

(6) Donat. p. 152. 4, e Shawii itinere p. 216.

1

Romae fragmentum epistylii, effossum ad circum Flaminium, ubi vulgo le botteghe oscure.

. . DD ò NN ó aeternis principibus Honori . .
. . Anicius Acilius Glabrio Faustus V. C. praef. ur. . .
. . fatali casu subversam in formam prisci usus . .

2

Primo lapide a loco Bazilbab *in Africa.*

Salvis et propitiis DDD. NNN. Gratia-
no Valentiniano Theodosio invictissimis princi-
pibus de pa . . . ex more condit decret . . (1)
. . . .

3

Romae in claustro basil. ostiens.

Salvis DD . .
sissimis aug. .
cissimis sp . .
Rufius Pos . .
debotus n . .
fieri cur . . .
FL. S Hecto . . (2)

4

Coloniae Agrippinae in muro eccl. paroch. S. Petri ad laevam ianuae, qua itur ad coemeterium.

. . TF. imperatoribus nost.
. . sio Fl. Arcadio et Fl. Eugenio
. . l. conlapsam iussu viri cl.
. . tis comitis et instantia V. C.
. . mitis domesticorum et
. . gus ex integro opere faciund.
. . it magister Praelius.

5

Ravennae in museo archiepiscopii.

. . . .
. . ssimo et clementissimo
. . vir sub (3) Gudila com.
. . tore. RPB. hanc ta . .
. . oto conlapsam . .
. . oviter super . .
. . vase adornatum . .
Faventinae . .
. . ae civitati . .
. . . .

6

Thermis Seliniuntiis, hodie Sciacca.

Pro beatitudine
temporum DD. NN.
Constanti et
Constantis AAVV. CC.
stationem a solo fece-
runt Vitrasius Orfitus et Fl.
Dulcitius VV. CC. consulares
PS. instante Fl. Valeriano
ducenario agente in reb et PP. cursus
publici. (4)

(1) Mus. Ver. p. 460. 6; Donat. p. 222. 5.

(2) Margarin. n. 190; Mur. p. 507. 4.

(3) Perperam, ut reor, in scheda Marini *subl.* quod indicaret *sublata Gudila*. Nam Muratorius p. 2015. 1. scribit *sub*, existimatque positam regnantibus Gothis dum Gudila comes procurator esset reip. — A. M.

(4) Inscr. Sicil. p. 63. ex Gualterio n. 117, Fabrett. p. 659. n. 490; Donat. 221. 1.

1

Romae in S. Cosmae.

FL· Gratianus pius felix maximus
victor ac triumph. semper aug. pont.
max. germanic· max. alaman· max.
franc. max· gothicus max· trib· pot. VI.
imp· II cos. primum. PPP· (1)

2

Romae in aedibus Altovitiorum ad pontem Aelium.

Anicius Paulinus . . .
Semignus sanctus r . .
procons. Afric. cons . .
praef· urbi accepit s . . (2)

4

Romanellae in D· Hadriani.

Salvo D· N. Theodorico
rege gloriosissimo

3

Insculpta rupi montis Crucis in finibus Norici, ad viam, qua ad alpes carnicas itur ex Carinthia

Munificentia DD. augg. que
NN. in hoc pervio homines et
animalia cum periculo
. . transibant apertum est
curam habenti . . procurant.
Matto cur.RP ... IV ... R ... P ...
D. D· NN· Valentiniano
et Valente augg· III. cos.

5

In civitate Austriae, nunc Cividale, *in arcu templi maximi, e regione coemeterii.*

. . . tere Floroleutos Pemonem Ratchisum atq. progres . . . (3)

6

Constantinopoli supra portam auream.

Haec loca Theudosius decorat post fata tyranni.
Aurea secla gerit qui portam construit auro. (4)

(1) Grut. p. 108. 1.
(2) Grut. p. 373. 5. *Semigenius*; attamen cum varietate *benignus*. V. Corsin. de P. U. p. 269; Sigon. de imp. occid. lib. IV.
(3) Mur. p. 1922. 7. cui misit Bertolius; quem videsis p. 439.
(4) Burman. antholog. T. I. p. 245. Vide Bandur. AA. Cpolit. p. 156. lib. VII; Cang. Cpol. christ. p. 52.

1

In basi obelisci constantiniani, quem e circo maximo effossum ante Lateranensem basilicam Sixtus V. P. M. statuit insculpebantur hi versus, sed ut apparet vetustate corrupti.

Parte australi.

Patris opus munusq. *suum* tibi Roma dicavit
Augustus *toto Constan*tius orbe recepto.
Et quod nulla tulit tellus nec viderat aetas,
Condidit ut claris exae*qu*et dona triumfis:
Hoc decus ornatum genitos cognominis urbis
Esse volens, caesa Thebis de rupe revellit.

Parte orientali.

Sed gravior divum tangebat cura vehendi,
Quod nullo] ingenio nisuque manuque moveri
Caucaseam molem discurrens fama monebat.
At dominus mundi Constantius omnia fretus
Cedere virtuti, terris incedere iussit
Haut partem exiguam montis pontoq. tumenti.

Parte septentrionali.

Credidit; et placido *vexerunt aequora flu*ctu
Litus ad hesperium, T*iberi* mirante, carinam.
Interea Romam Ta*po*ro vastante tyranno,
Augusti iacuit donum studiumque locandi,
Non fastu spreti, sed quod non crederet ullus
Tantae molis opus superas consurgere in auras.

Parte occidentali.

Hunc veluti rursus ru*fis* avulsa metallis
Emicuit pulsatque polos haec gloria dudum.
Auctori servata suo *cum* caede tyranni
Redditur, atque aditu Ro*mae* virtute reperto,
Victor ovans urbi*que locat sublime* tropaeum
Principis, et munus condig*nis us*que triumfis.

1

Prope diversorium della Storta *Romam versus, lapis effossus ad divortium viarum Cassiae et Claudiae, et illatus in aedes Barberinias.*

Salvis DDD· NNN·
Gratiano Valentiniano et Theodosio
victoribus semper augustis
Valerius Anthidius V·C·praef·praet.
stabulum ne animalia cursus publici
longi itineris labore diutius
deperirent
providit constituit aedificavit
adque dedicavit iudix mcis
curante Asterio deputato ꝺ IIX (1)

2

Neapoli repertus lapis A. 1746. *in sacello S. Asprenatis in basilica principe.*

DN Placidus Valentin . .
tissimus omnium retr . .
salvo adque concordi . .
dosio invictissimo au . .
minis sui Neapolitana . .
ad omnes terra mariq . .
expositam et nulla . .
gaudentem ingenti . .
sumptu muris turrib . . (2)

3

Constantinopoli in via Iannizzerorum in cavaedio domus privatae in basi columnae.

Principis hanc statuam Marciani
cerue Torumque
Ter eius vovit quod Tatianus
opus. (3)

4

Veronae in museo.

A. X. DCCCCXX.
imperate Beregario aug. N. Veron·
hanc turre in
ag . . . S constr· (4)

5

Romae in turri Comitum litteris egregie sculptis.

Haec domus est Petri valde devota Nycoli.
Strenuus ille fidus miles fortissimus atque·
Cernite qui vultis secus hanc transire Quirites,
Quam fortis intus nimis composita foris
Est umquam nullus vobis qui dicere possit· (5)

(1) Sic exscripsit Holstenius in calce itineris Antonini a se multis emendationibus mss. ornati, in bibl. Barber. Edidit Mur. p. 465. 1; Spon. p. 276; Gud. in ind. p. LVIII. Donius Cl. II. n. 40. habet *FL. Asterio*; Mur. *T. Casterio.* — Mr. Muratorius explicat *IV·idus maias*. Num potius *idib. maiis?* — A. M.

(2) Lam. not. Flor. A. 1747. p. 6; Donat. p. 222. 6; Zachar. inst. lap. p. 473.

(3) Spon. itin. T. I. p. 224; Bandur. AA. Cpolit. p. 499.

(4) Mus. Ver. p. 182.

(5) Exscripsit Marinius.

1

Carthagenae.

✝ Quisquis ardua turrium miraris culmina
vestibulumq. urbis duplici porta firmatum
dextra levaq. binos positos arcos
quib. super imponitur camera curia convexaq.
Comitiolus sic haec fieri iussit patricius
missus a Mauricio aug. contra hoste barbaro
magnus virtute magister mil. Spaniae.
Sic semper Spania tali rectore laetetur
dum poli rotantur dumq. sol circuit orbem.
Ann. VIII. aug. ind. VIII. (1)

2

Thibursicumberi in regno Tunetano in porta castri.

Salvis dominis nostris christianissimis
et invictissimis imperatoribus Iustino et
Sofia augustis hanc municionem Thomas
excellentissimus praefectus feliciter aedificavit
sexto c . . . ceto Anicio Fausto Paulino
proc. provinciae . . . res publica . . .
Liciniae . . . augustae. (2)

3

E ruderibus Cumanis.

Μ. Θ. Δ.
Fl. Nonius Erastus
V. P. praef. class. M̅. marit.
comes S. II. praes. Campan.
turres urb. muros et port.
refecit
DD. N. Iustiniano P. F. aug. ann.
XXXII.
Σ. Γ. Θ (3)

4

Romae in amphitheatro flavio.

Decius Marius Ve-
nantius Basilius
V. C. et inl. praefectus
urbi, patricius cons.
ordinarius, arenam
et podium quae abomi-
nandi terrae motus
ruina prostra-
vit suptu (sic) proprio restituit. (4)

(1) Floresius H. S. T. V. p. 75. In aliis schedis erat *porticos* non *positos*. In 4. *curba* non *curia*. Comitioli mentio fit in charta, sive capitulari quod tribuitur S. Gregorio M. ad Ioh. defensorem.

(2) Mus. Ver. p. 460. 7. Verum anglus Shaw in suo itin. I. p. 221. dat. 4. tantummodo priores versiculos, eademque in pagina addit inscr. his verbis, *Sexto. C. Ceto Anicio Fasto Paulino proc. provinciae . . . res publica . . . Licinae . . . augustae.*

(3) Pratill. V. A. p. 381; et consul. p. 96.

(4) Mur. p. 412. 3. ex Ligorio. Vide Corsin. defens. p. 54.

1

Supra arcum viae fornicatae, quae a palatio vaticano ducit in arcem Hadriani. Legebatur olim in pavimento ecclesiae S. Iacobi de Septimiano regionis transtiberinae. (1)

+ Hanc turrem
et pagine una f-
acta a militiae
Capracorum
tem. dom. Leonis
quar. PP. ego Agatho ei ..

2

Ibidem.

Civitas
leoniana

+ temporib. dom. Leonis Q. PP.
hanc pagine et du-
as turres salti sine militia
construxit.

3

Patris in Peloponneso, ad aedem S. Nicolai ord. minor. in columna.

DD. NN.
Arcadi
et Honor.
augg. spe
hoc spe bis
proe. Eusebi D. (2)

4

In Zaguam, pago Africae, in marmoreo cuiusdam ostii limine.

. . piissimo Rom . . . principi
. . S. C. ministratione procons. pa-
. . institutis nunc solio uno ifi-
. . congestioni et . . parit . . in . .
. . stulinus generosa familia proge-
nitus perfecit, excoluit, ludos dedit,
dedicavit. (3)

5

Romae in theatro Pompeii.

DD. NN. Arcadius et Honorius
perpetui augg. theatrum Pompeii
exteriore ambitu magna etiam interiori
virtute convulsum
subductis et excitatis invice . . . (4)
. . . .

(1) Don. cl. XX. 74; Oldoin. ad Ciacc. T. I. p. 6..; Arring. T. I. p. 258; Turrig. p. 401; Mur. I. m. ar. T. II. p. 458. — Mr. Copiose illustrat hanc inscr. Fleetwodus p. 458. *Pagine* alii intelligunt *aggerem* vel *repagulu*; ipse *spatium inter duas turres*. Idem *Capracorum* intelligit *capitutorum*. Ego observo, hodie etiam esse Romae milites urbanos quosdam qui dicuntur *Capitori*. — A. M.

(2) Mur. p. 266. 1. adnotat. *Imperite descripta spem medelae mihi eripit. Agi heic videtur de spectaculo bis edito, procurante Eusebio quodam.* — A. M.

(3) Gor. T. III. p. 124.

(4) Fabrett. p. 678. n. 45; Mur. p. 465. 4.

1

Seduni in praetorio.

Relligione vigens augustas Pontius aedes A ✝ Θ
Restituit praetor longe praestantius illis
Quae priscae steterant. Tales res publica quaere.
D. N. Gratiano augusto IIII et Mer. coss.
Pontius Asclephiodotus V. P. P. D. (1)

2

Velitris in curia magistratus pessimis litteris.

DD. NN. Valentiniano et Valente semper augg.
Lol. Cyrius princ. cur. et Eritor duodena de propio . . . .
vetustatem conlapsum at statum pristinum red . .
amphiteatrum cum portis posticiis et omnem fabri . .
arene nepus Lol. Cyri princ. cur. et ante Eretoris filius . .
Claudi princ. et patroni curiae pronepos Messi Gor.
princ. filiciter. (2)

3

Ticini in pariete viridarii domus marchionis Beccariae, tabula a duobus geniis sustentata.

✝ D. N. Atalaricus rex ✝
gloriosissimus has
sedis spectaculi anno
regni sui tertio fieri
feliciter precepet ✝ (3)

4

Segusii.

Salvis DDD. NNN. Valente
Gratiano et Valentiniano
thermas gratianas dudum
coeptas et omissas
Q. Mag. alpium cottiarum
praefectus extruxit et usui Se-
gusinae reddidit civitati, firmavit, et
fistulas dedit, aquam deduxit, ne quid
vel utilitati vel urbis deesset
commoditati. (4)

(1) Sammart. Gall. ch. T. XII. p. 731.

(2) Sic est apud cl. Cardinalium inscr. Velit. cl. II. 1. Idem ab ea illustranda abstinet, sed tamen adnotat quinam viri docti eam cum varietatibus ediderint et declaraverint. — A. M.

(3) Exscripsit Zacharias. Habet Grut. 168. 9. ex Apiano p. 57; Mur p. 468. 1. ex Mediobarbo p. 368, qui ait erutam prope ecclesiam S. Laurentii, ubi adhuc vestigia circi.

(4) Gud. p. 78. 11; Spon. p. 157.

1

Romae.

Imp. Caes. Fl. Constantinus max. aug. sempi-
ternus divi Constantini aug. F. toto
orbe victoriis suis semper ae felieiter
celebrandus thermas fisei sui sumptu
a fundamentis ceptas ac peractas
civitati suae Remorum pro solita
liberalitate largitus est. (1)

2

Romae thermarum constantiniarum inscriptio in aedicula deserta S. Helenae post ipsas thermas, littera longa et inaequali.

Petronius Perpenna Magnus Quadratianus V.C. et inl. praef. urb.
constantinianas thermas longa incuria et abolendae civilis vel
potius feralis cladis vastatione vehementer adflictas, ita ut agni-
sic
tionem sui ex omni parte perdita, desperationem cunctis repa-
rationis adferrent, deputato ab amplissimo ordine parvo
sumptu quantum publicae patiebantur angustiae, ab extremo
vindicavit occasu, et provisione largissima in pristinam
faciem splendoremque restituit. (2)

3

Romae in Capitolio, olim in museo Albaniorum.

sic
Florente imperio DDD AAAGGG Q. NNN. Grattiani
Valentiniani et Theodosi principum maximorum
sic
thermarum speciem ruinae deformitatem sordentem
et periculosis ponderibus inminentem, quae labantem (3)
populum metu sollicitudinis deterrebat exelusa totius
sic
scabie vetustatis ad firmam stabilitate usumq. tectorum
Anicius Auchenius Bassus V. C. pro consule Campaniae
vice sacra iudicans reparavi in meliorem civitatis effigiem. (4)

(1) Grut. p. 178. 1. ex Apiano.
(2) Grut. p. 177. 7.
(3) Pro *lavantem*. — A. M.
(4) Mur. p. 464. 7; Vulp. V. L. T. III. p. 170. 171. — Mr. Scheda Mariuii *scarie* pro *scabie*. — A. M.

1

Romae apud marmorarium in foro Boario fragmenta ingentis epistylii reperta Ostiae A. 1776.

. . . thermas maritimas intresccus refectione cellarum coru . .
. . . s soli adiectione DDD. NNN. Valens Gratianus et Valentinianus victor. ac triumf. semper. au . . .
. . Proculo Gregorio V. C. praefecto annon. urbis Romae curante decorarunt

2

Spoleti in palatio publico in grandi tabula reperta ad templum Servatoris in diversorio le vene. (1)

Reparatores orbis adque urbium restitutores D. D. N. N. Fl. Iul. Constantius P. F. semper aug.
et Iulianus nobilissimus ac victoriosissimus Caes.
ad aeternam divini nominis propagationem &
thermas & Spoletinis in praeteritum igne consumptas sua largitate restituerunt

In parte opposita olim, nunc vero dissecto lapide, e regione ipsius, litteris optimis.

C. Torasius C. F. Hor. Severus IIII. vir. I. D. augur. suo
et P. Mecloni Proculi Torasiani pontif. fili sui nomine
loco et pecunia sua fecit Idem ad celebrandum natalem
fili sui in publicum dedit HS. CCL. ex quorum reditu III.
k. sept. omnibus annis decuriones in publico cenarent et municipes
praesentes acciperent aeris octonos. Item dedit VI. viris aug.
et compitalarum aug. et mag. vicorum HS. CXX. ut ex reditu
eius summae eodem die in publico vescerentur. Hunc ob merita eius
erga rem publicam ordo decurionum patronum municipi adoptavit.

3

Patavii apud Bassianos.

Aevitati dominorum
familiae thermensi
thermarum urban. I. A. (2)

4

Romae in aedibus Verospicis fistula plumbea reperta in villa Verospia ad portam Salariam.

Aqua Pinciana
DN Fl Valentiniani aug. (3)

(1) Grut. p. 179. 2. 3. e Metelli schedis.
(2) Grut. p. 181. 5.

(3) Notit. flor. A. 1757. p. 198.

1

In porta loci dicti Toplika, *qui spectat ad capitulum eccl. Zagabriensis.*

Imp· Caes· Fl. Val. Constantinus P. F. maximus aug.
aquas Iasas olim vi ignis consumptas cum
porticibus et omnibus ornamentis ad
pristinam faciem restituit.
Provisione etiam pietatis suae
nundinas die solis perpeti anno
constituit curante Val· Catullino
VP. P. P. P· P· super. (1)

2

Romae in Camilliano.

. . . .
Thermas diocletianas . .
a veteribus principib . .
institutas omn · . (2)

3

Romae in hortis Ursiniorum ad arcus neronianos, nunc in museo vaticano.

D. N· Helena ve . . N· aug. mat · .
avia beatiss . . .
therma · . istr . . (3)

4

Romae fragmentum traductum ante S. Mariam de Monterone litteris cubitalibus.

. . . .
. . . vium . . . aug. thermas · ·
vetustate labefactatas impens . .
instauraverunt Rustico V . . (4)

5

Romae in museo vaticano in epistyliis ingentibus.

Maximus has olim therm . .
divinae mentis ductu cum o . .
. . . .
. . ἰξιν Βίκτωρ ἄρχος εωι . . .

(1) V. Zachar. inst. lap. p. 398; Maff. Ver. ill. T. I. p. 144. Edidit Grut. p. 164. 2. e schedis Scaligeri.

(2) Grut. p. 179. 4. ex Marochio.

(3) Ita se habebat fragmentum antiquum. Videsis Fabrett. p. 686. 94; Diar. ital. p. 110; Mur. p. 260. 7; Ficoron. Rom. ant. P. I. p. 122; Venut. p. 131. Nunc restituta inscriptio sic loquitur. *D. N. Helena venerabilis domini N. Constantini aug. mater et avia beatissimor. et florentissimor. Caesarum nostrorum thermas incendio destructas restituit.* Mr. Contuli egomet. — A. M.

(4) Grut. p. 180. 5. ex Marochio atque Metello.

1

Romae lapis non ita pridem detectus.

Salvis ac florentibus DD. NN. Honorio et Theodos.
perpetuis semper augg. Caecina Decius Acinatius
Albinus V. C. praef. urbi vice sacra iudicans
cellam tepidariam inclinato omni pariete labent.
de qua cellarum ruina pendebat erectorum a fun-
damentis arcuum duplici munitione fulcivit.
D. N. M. Q. eorum. (1)

2

Inter Marcascam et Narentam prope litus in rudi scopulo, e quo purae aquae rivulus emanat.

+ Litorea praessus (sic) scruposae margine rupis
Inriguus gelido defluit amne latex.
Cuius perspicuo per *levia* saxa meatu
Praedulcis salsam per*luit unda Thetyn*.
Indigenis gratus preteriaientibus (sic) . .
Incola delicias, advena laudat *aquas*.
Salve nymfa meos dignata invisere *fines*,
Et celebrem cunctis conciliare locum.
Nostra salutifero dum lactas pred*ia fonte*
+ Licinianus ego carmine te dominus.
\+ + +
Diversum sortita capis finemque caputque
Nymfa; caput cautes, obru*it alga* pedes.
Quis queat arcanum sap*iens recludere* fontis?
Nasceris e scopulis, *flecteris un*de *li*bet.
Hoc Pelagia suos fontes epig*ra*mate donat,
+ Magne tui pignus L*iciniane thori.*

3

Ac.....li in ara proxima ecclesiae B. Mariae.

Salvis DD. N . . .
perpet . . .
formam . . . (2)

4

Thignicae in regno Tunetano.

. . Constantini max. v . .
. . nia . . . fundamentis et s . .
. . . . tudo Domiticeno filio . . (3)

(1) Mur. p. 406. 3. Vide. T. V. A. m. ac. p. 43.
(2) Fabrett. de aquaeduct. p 168; Cassius T. I. p. 254.
(3) Shaw. itin. T. I. p. 219.

1

Norae in Sardinia, in S. Ephesi ad aram.

Sal ☧ vis ☧ DD. NN. ☧ N . .
Theodosio et Placido Valentiniano se . .
sic
Subductos olim latices patrieque nega*tos*
Restituit populis puro Flaviolus am*ne*.
curante
Valerio Eunodio principale ac
primario eiusdem urbis.

2

Carthagine in thermis gargilianis, seu alianis ab rege Vandalorum Thransmundo conditis.

Tranquillo nymphae decurrite fluminis ortu.
Hic Proba flagranti succedit vimine flebo
Rudibus excelsis ubi nunc fastigia surgunt,
Aequanturque polo tectis praecelsa lavacra
Sedibus hic magnis exardent marmora signis,
Ardua sublimes praevincunt culmina thermae
Muneraque eximius tanti dat luminis auctor
Uni continuae praenoscens praemia famae.
Non hic flamma nocebo. Tamdem discite carmen,
Discite vel quanta vivat sub gurgite lympha.
Vandalicum hic renovat clarum de semine nomen,
Sub cuius titulo meritis stat gratia facti. (1)

3

Ravennae in palatio archiepiscopali.

. . . .
. . gipid. pius fel·incl.vict. a . .
. . fuisse ad necessaria mini . .
. . quaeductuum eiusd. civi . .
. . nstituta Smaragdum V . . (2)
. . . .

4

Prope Vicarellum tabula marmorea infixa muro operis roticulati ductus aquae Traianae, quae Paula nunc dicitur.

Belisarius adquisivit
anno D. (3)

(1) Barman. antholog. T. I. p. 479. Apud eum in primo v. corrigitur *lumine Phoebi*. In. 9. nocet, *tantummodo discite carmen*. — A. M.

(2) Mar. p. 467, 3; Zirard. aed.f. p. 167; notit. flor. A. 1750. p. 265. — Mr. Schedam Marinii mendosam ad exemplar muratorianum reformavi. — A. M.

(3) Cassius T. 4. p. 260.

1

Romae in villa Albaniorum ingens tabula pessimis litteris.

Iunia Cyriace C. q · ·
ob votum parentin . . .
A. Aureli Symfori V · ·
C. et Iuniae Saffiane ti . .
H· matris C· F· balneas b . .
O. vetustate conlapsas *fa*-
L. cultatibus propiis pri . .
I. suis omni operi istruc . .
pristinam formam rest . .
runt civibus.
Balneae Obstorgian*ae*. (1)

2

Incerto loco.

. . . .
invictissimisque princ . .
D. D· D· N. N· N. Valentiniano
Valenti et Gratiano aug·
Fl. Antigonus VP· PP.
Columbum nemus vetustate lapsum testacio picturis ac statuis cum omni cultu adornavit. (2)
Ursus.

3

Sidonii versus inscripti balneis villae suae supra lacum positae.

Si quis Avitacum dignaris visere nostram,
Non tibi displiceat, si quod habes placeat.
Aemula baiano tolluntur culmina cono,
Parque cothurnato vertice fulget apex.
Garrula gauranis plus murmurat unda fluentis,
Contigui collis lapsa supercilio.
Lucrinum dives stagnum Campania nollet,
Aequora si nostri cerneret illa lacus.
Illuc puniceis ornatur littus echinis,
Piscibus in nostris hospes utrumque vides.
Si libet, et placido partiris gaudia corde,
Quisquis ades, Baias tu facis hic animo.

Supra piscinam.

Intrate algentes post balnea torrida fluctus,
Ut solidet calidam frigore lympha cutem.
Et licet hoc solo mergatis membra liquore,
Per stagnum nostrum lumina vestra natant. (3)

(1) Marin. inscr. alban. p. 56, cuius videsis adnotationem.

(2) Misit ad Marinium amicus A. 1792.

(3) Sirmond. T. I p. 770; Sidon. Savar. 164.

1

De balneo Hildrici regis.

Hildrici regis fulget mirabile factum
Arte opere ingenio divitiis pretio.
Hinc radios sol ipse capit quos huic dare possit,
Altera marmoribus creditur esse dies.
Hic sine nube solum, nix iuncta et sparsa putatur,
Dum steteris, credas mergere posse pedes. (1)

2	3	4
Nogariae quod castrum est agri Veronensis, in vetere lapide, qui nunc inservit ianuae eccl. S. Petri.	*Martalae in Sicilia in porphyretico.*	*In Villa nova* de la Xara *in Hispania.*
Terminus sum huius silvae monas– terio sci Petri pertinentis iug. CCC (2)	Fines inter Vanda– los et Gothos mil. IIII. (3)	Trifinium II. vir Sacilernusi Idiensis Soliensis ex sententia Iuli Proculi iud. imp. Caesare Iuvenciano aug. (4)

5

In columna quadrata ex nigro lapide reperta in agro Catinensi, in loco dicto le Timpe: *extat modo prae foribus ecclesiae pagi* Sferri.

Hinc	*Inde*	*Item altera reperta.*	*Item altera inscripta.*
Rom. ecl.	Orb. ecl. kat.	Ecl. kat.	+ ekl. kat. nua

(1) Burman. anthol. T. I. p. 476.
(2) Biancolin. eccl. Ver. T. III. p. 9.
(3) Mur. p. 495. 4. ex Gualterio. V. inscr. Sicil. cl. VII. n. 13.

(4) Masdeu hist. crit. Hisp. T. II. P. I. p. 332. putat legendum *Iovianano*. Gruterus p. 201. 5. habet *Iuliano*. Inventa est apud Cordubam; in cuius vicinia extitisse creduntur urbes *Sacile*, *Idia*, *Solia*.

1

In vinea Sicurania via Cassia quarto ab urbe lapide, cippus, seu potius columella, ea tamen parte plena, qua litterae insculptae.

. . . a . . .
sc . .
e in via
latam
muare
et huius
affine
mutare
aut tol-
lere ma-
lo ingeni-
o volu-
erit
anathe-
ma sit. (1)

2

Romae in museo vatic. in rudi cippo.

Limes
Pretori
Carinia-
ni.



Limes
iuris
basili-
cae sac.
Andreae
et Stef-
ani ✝

3

Romae in columella marmorea apposita ad ostium cloacae, quae est in foro romano ad Iovis Statoris, litteris non inelegantibus, quas tamen terra et silicibus obrutas aegre detexit Marinius.

✝ S Adrian.
Quicumque
extraxerint
vel fregerint, anathe-
ma sit.

4

Romae in villa Pamphilia in ingenti columna litteris saec. IV vel V oblongis sed bonis.

☧
Vineae
Irenianae (2)
RE

5

Romae in Capitolio.

Bonifati
vivas sacer- (sic) Salutaris rextarravit.
dus. (sic)

6

Romae apud Marinium, ingens tabula, quam ei Neapoli dono misit V. C. Michaël Arditus.

Gregori vibas.
Vennius.
Secundus.

Venenio nika.

Bibe Secunde.

(1) Exscripsit Marinius.

(2) Lego, inquit Marinius, *Irene*; uti et Fabrett. p. 584. n. 183.

45

1

Romae in museo vatic., reperta prope viam Appiam, ubi dicitur Roma vecchia. (1)



sic
Deo annnoente
Felis Pedatura
Systi V. P.

In altero latere.

D. M.
P. Aelius aug. lib. Melitinus
Invitator fecit sibi et Aeliae
Severae uxori karissimae
lib. libertab. q. meis posteris-
que eorum, excepto Euty-
che lib. meo cuius neque cor-
pus neque ossa in hoc monumento
inferri volo.

2

Romae in museo Rusconio, columella pessimis litteris inscripta, reperta in agro ostiensi.

+ Ind. di . .
decima ego
Georgio fecit
a noviter
per iussione
apostolica ter-
ra bacante ad
filu faciendum. (2)

3

Casertae apud Danielem V. C. tabula reperta Neapoli.

+ Hoc opus bel
ascensum
quam cerni-
tis Ioh. diac. et
Georgius magister
fecit. (3)

4

Romae apud lapicidam in dorso praegrandis tabulae marmoreae litteris rudibus et detritis.

Benedictus vir
Leontius viv-
as semper. (4)

5

Mutinae in turri.

Opus construxit tmp. DN.
Desideri regis per ind. XII.

6

In arcu magnam partem diruto ecclesiae maioris fori Iulii.

. . . Calistus egregius aq . . (5)

(1) Edita a Riccio mem. Rom. vet. p. 136.
(2) Exscripsit Marinius.
(3) Notit. flor. A. 1770. p. 583 cum. adnotationibus.
(4) Exscripsit Marinius.
(5) Bertolius AA. Aquil. p. 441.

1

Constantinopoli in moenibus.

Πάσι ῥωμαίοις μέγας ἔγειρε Ῥωμανὸς
νεὸν πανμεγιστον κ̀ πύργον ἐκ βάθρων. (1)

2

Constantinopoli in turribus.

Πύργος βασιλείου κ̀ Κωνσταντίνου πιστῶν ἐν Χριστῷ
αὐτοκρατόρων εὐσεβῶν βασιλέων ῥωμαίων.

'Ανεκαινίσθε (*sic*) ἐπὶ Βασιλείου κ̀ Κωνσταντίνου τῶν
πορφυρογεννήτων φιλοχρίστων σεβαστῶν δεσποτῶν
ἐν ἔτε (*sic*) κφκα. (2)

3

Antiochiae in turri.

+ Χρόνῳ κλόνῳ τε πρὸς φθορὰν νενευκότα
Ἄρδειν θεὸς μάδων τετεύχει σὺν τάχει
Σπουδῇ στρατοῦ μόγῳ τε τῶν Παραμας.
Τὸν πύργον φύλαττε σωτὴρ τῶν ανθρώπων
+ υἱὲ θεοῦ σόσον. (3)

4

Hadrianopoli in moenibus.

Ἄναξ Μιχαὴλ αὐσόνων ὄντως κλέος
Λύτροσιν εὗρε διόνη Κωνσταντίνου
Πύργομα τεύχων κατέναντι βαρβάρων
Μάχας πρὸς αὐτοὺς ἀπτόητον καθάπαξ (4)

5

Nicaeae bis.

+ Πύργος Μιχαὴλ μεγάλου βασιλέως
ἐν Χριστῷ αὐτοκράτορος. ϛΤΕϛ (5)

6

Constantinopoli in turri.

Ὃν θαλάσσης θραυσμὸς ἐν μακρῷ χρόνῳ
Κλυδῶνι πολλῷ κ̀ σφοδρῷ ῥηγνυμένης
Πεσεῖν κατηνάγκασε πύργον ἐκ βάθρων
Βασίλειος ἔγειρεν εὐσεβὴς βασιλεύς. (6)

(1) Spon. itin. T. III. p. 76; Bandur. AA. Cpol. lib. VII. p. 157.

(2) Spon. l. c. p. 100. 101; Bandur. l. c. p. 157; Cang. Cpol. christ. lib. IV. p. 191.

(3) Chandler. p. 90 n. 3.

(4) Spon. miscell. p. 332; Bandur. num. T. II. p. 7. 25.

(5) Pocok. inscr. p. 28. n. 2. 3.

(6) Spon. itin. T. III. p. 101. Bandur. T. II. p. 726. et AA. Cpol. lib VII. p. 157. Vide Dorvillium T. III. p. 204.

1

Constantinopoli in prima et secunda turri.

Πύργος Θεοφίλου ἐν Χριστῷ αὐτοκράτορος.

Πύργος Θεοφίλου ϗ Μιχαὴλ
πιστῶν ἐν Χριστῷ αὐτοκρατόρων. (1)

2

Constantinopoli in turri palatii constantiniani.

Ἡρετοῦντος ἀνδρὸς εὐνομωτάτου Βαρδᾶ μαγίστρου. (2)

3

Selimbriae in moenibus.

Ἀνενεωθήθε οὕτως πόλις ταύτη ἐπὶ Μιχαὴλ
Θεοδόρας ϗ Θέκλης οὓς ἐδικαίωσεν ΚΣ
βασιλεύηιην ἐπὶ τῖς γῆς. (3)

4

Constantinopoli in hippodromo basis cui insistit obeliscus.

Κίονα τετράπλευρον ἀεὶ χθονὶ κείμενον ἄχθος
Μοῦνος ἀναστῆσαι Θευδόσιος βασιλεύς
Τολμήσας, ϗ Πρόκλος ἐπέκλετο, ϗ τόσος ἔστη
Κίων ἠελίοις ἐν τριάκοντα δύο.

In orientali latere eiusdem basis.

Difficilis quondam dominis parere serenis,
Iussus et extinctis palmam portare tyrannis,
Omnia Theodosio cedunt subolique perenni.
Ter denis sic victus ego domitusque diebus
Iudice sub Proclo rursus sum elatus ad auras.

(1) Bandur. l. c. p. 719. et AA. Cpol. p. 176, Spon. p. 100.

(2) Mur. p. 682. 5. 2021. 4.

(3) Spon. misc. p. 332; Bandur. T. II. d 790.

1

Ibidem.

Τὸ τετράπλευρον θαῦμα τῶν μεταρσίων
Χρόνῳ φθαρὲν Κωνσταντῖνος νῦν δεσπότης
Οὗ Ῥωμανὸς παῖς δόξα τῆς σκηπτουχίας
Κρείττων νεουργεῖ τῆς πάλαι θεωργίας. *(sic)*
Ὁ γὰρ κόλοσσος θάμβος ἦν ἐν τῇ Ῥόδῳ,
Καὶ χαλκὸς οὗτος θάμβός ἐστιν ἐνθάδε.

2

Constantinopoli in quadam domo lapis ad aquam continendam accommodatus, rudibus litteris.

Κωνσταντίνων τῶν νέων Ἡρακλήου
καὶ Ἡρακλήου τῶν εὐσεβεστάτων
καὶ θεωφυλάκτων ἡμῶν δεσποτῶν. (1)

3

Venetiis in museo naniano.

✝ Ἄναξ Λέω ἔστησε πύργον ἐνθάδε
✝ Λύχνῳ προφαίνειν τοὺς λόχους τῶν βαρβάρων.
✝ X. (2)

4

Trapezunte ad arcis portam.

Ἐν ὀνόματι τοῦ δεσπότου ἡμῶν Ἰησοῦ Χρισ-
τοῦ θεοῦ ἡμῶν αὐτοκράτωρ καῖσαρ Φλάβιος
Ἰουστινιανὸς ἀλαμανικὸς γοθικὸς φραγγικὸς
γερμανικὸς παρθικὸς ἀλανικὸς οὐανδαλικὸς
ἀφρικὸς εὐσεβὴς εὐτυχὴς ἔνδοξος νικητὴς
τροπεοῦχος *(sic)* ἀεὶ σεβαστὸς αὔγουσ. ἀνενέωσεν
φιλοτίμια τὰ δημος . . κτίσματα τῆς πόλεως
σπουδῇ καὶ ἐπιμελίᾳ Οὐρανίου τοῦ θεοφιλεσ . . .
$\overline{\text{XC}}$ $\overline{\text{ΤΠ}}$ Γ. (3)

(1) In append. ad praef. Gudii n. XI.
(2) Blasius mus. nan. T. I. p. 143.
(3) Mur. p. 467. 7; Montfauc. palaeograph. p. 174; Bandur. T. II. p. 637; Eckhel. T. VIII. p. 179.

1

Venetiis in eccl. S. Marci in sacello card. Zeni, ubi tabula marmorea muro infixa, cum foraminibus tribus triangulari forma dispositis.

Ὕδωρ τὸ πρὶν μὲν ἐκ πέτρας ῥυὲν ξένως
Εὐχῇ προσήχθη τοῦ προφητοῦ Μωσέως.
Τὸ νῦν δὲ τοῦτο Μιχαὴλ σπουδῇ ῥέει,
Ὃν σώζε Χριστὲ ϰ̀ σύνευνον Εἰρήνην. (1)

2

Cyzici in superliminari domus ex igne servatae.

Μῶμε μιαίφονε σόσσε κατέκτανε πικρὸς ὀιστὸς,
Ῥύσατο γὰρ Μαρίης μετ' ἐῆς θεοῦ ὄλβιον οἶκον. (2)

3

Constantinopoli in armamentario.

Ἀπὸ κτίσεως κόσμου ΔΨϞΒ.
ἀπὸ δὲ Χριστοῦ ἔτους ΩΑΔ
βασιλεὺς Θεόφιλος υἱὸς Μιχαήλου Βηγᾶ
ἄρχων δίκαιος καὶ εὐλαβὴς
καὶ πρὸς τοὺς αὐτοῦ παροίκους
ἀνὴρ ἀγαθὸς ἔκτισεν πρὸς ἀνάπαυσιν
τοῦ λαοῦ τοῦτον μεγαλότατον
ἀρσηνάλην. (3)

4

Megaris.

Ἔργον καὶ τοῦτο τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου Διογένους
τοῦ παιδὸς Ἀρχελάου, ὃς τῶν ἑλληνίδων πόλεων
ὡς τῆς ἰδίας οἰκίας κηδόμενος, παρέσχεν καὶ τῇ
Μεγαραίων εἰς μὲν πύργων κατασκευὴν ἑκατὸν
χρυσίνους πόδας μαρμάρου εἰς τὴν ἀνανέωσιν
τοῦ λουτροῦ. τιμώτερον (sic) οὐδὲν ἡγούμενος τοῦ
τοὺς ἑλλήνας εὐεργεῖν ἀνανεοῦν τε τὰς πόλεις. (4)

(1) Montfauc. diar. p. 52.
(2) Ex anthologia palatina.
(3) Grut. p. 169. 3; Bandur. T. II. p. 719; et AA. Cpol. lib. VII. p. 158.
(4) Chandler. p. 79 n. 130.

1

Patris in columna.

Τῶν δεσποτῶν ἡρώων
Φλ. Βαλεντινιανοῦ καὶ Βάλεντος
τῶν αὐγουστῶν. (1)

2

Tauromenii in maiore templo castri Molae.

Ἐκτίσθη τοῦτο τὸ κάστρον
ὑπὸ Κωνσταντίνου πατρικ.
κ̀ στρατ . . . Σικ . . .

3

Ancyrae.

Δόξαν μεγίστην τοῦ Θεοῦ δεδορκότες
Ἔχοντες ὄμμα κ̀ χέρας ἐπηρμένας
Ἄραντες εὐλογεῖτε τὸν ἀντεργάτην
Τὸν ἰσχὺν ἐνδύοντα καὶ κράτος μέγα
Τῷ εὐσεβεῖ κάπουσιώτῃ δεσπότῃ
Ἄνακτι πιστῷ Μιχαὴλ εὐεργέτῃ,
Οἱ εἰσιόντες τὴν πύλην καὶ τὴν πόλιν
Λαλεῖτε πάντα θεῖα δεδοξασμένα.
Πόλις κυρίου χαῖρε Σιὼν ἡ νέα
Θεογράφοις πίναξιν ἐγγεγραμμένη. (2)

4

Tarenti in castro Saracino.

sic
Ῥωματὼς βασιλεὺς ῥωμαίων κράτιστος
μετὰ δεδαμασμένους τοὺς ἀποστατικοὺς
sic
κ̀ τοὺς λαοὺς τῆς Καλαβρίας θορυβώδης
sic sic
εἰ ἰ αὐτοκράτορος Κωνσταντῖνος σιν τῶν
σαῤῥακηνῶν βοηθείᾳ τὸν νέον φρούριον
ἐν τῇ πόλει Ταράντῳ ἐκ θεμελίων
κέκλευκε οἰκοδομεῖν. (3)

5

Stabiis.

Προαστεῖα λιμήν τε πρὸς πολιτήιον κ̀ ναυτίλοιον
ἐπιτηδειότην βουλευταὶ Στάβιοι Σ. Σ.
Δίφιλος καί τοι Βράδης ἀρχιτέκτων πρὸς πρόςαγμα
ὕμων ταχὺς ἔργα ὀλιμπιάδι. A. (4)

(1) Mur. p. 264. 3. Videtur autem legendum ἡμῶν pro ἡρώων.

(2) Grut. p. 1161. 3; e schedis Busbequii, non sine propriis emendationibus.

(3) Mur. p. 408. 3. Vide Pratill. V. A. p. 500.

(4) Rosin. dissert. isagog. I. p. 90.

Inscriptio inter addendas a Marinio collocata. Est autem inserenda cap. II. p. 85. n. 3.

1

Epigraphe Algasii, seu Agalsii ducis Aquitaniae incisa tabulae cupreae post altare in edito loco ecclesiae abbatialis Condomiensis.

Templum Christe tuis famulator Agalsius offert,
   In quo se socias mater et uxor agunt.
Tu caeli e solio terrenum illabere mysten,
   Et puram puro trade fidem populo.
Hic mera perpetuo recinunt altaria Christo,
   Et calet arcanis nox vigilanda sacris.
Hic et iustorum gaudent componier urnae,
   E transalpinis quae veniunt tumulis.
Ambitus hic templo est, atque ambitus iste sepulcro
   Quisquis sanctus adi, quisque profanus abi.

Ibidem.

Ego Agalsius Aquitanorum dux et mater mea Isamburgis et uxor mea Agnes hunc locum dedimus domino nostro I. C. Salvatori ob peccatorum nostrorum indulgentiam parentumque nostrorum salutem.

2

In gemma seu amuleto apud eccell. ducem Blacasium, littera perdifficili secundi vel tertii, ut videtur, christiani saeculi.

Επεκαλομε σε μεγαλοδοξε ος ναματα
εθηκας εσακοας μο και πυηεο με
ε πιτυχεν οπυονυον νοσις δ. τ. μγα
ονομα σο εφ ου κεμ. (1)

(1) Ephemer. arcad. an. 1820. mens. aug. p. 168. Hanc inscriptionem legit explicuitque cl. Amatius sic: ἐπικαλοῦμαι σὲ μεγαλόδοξε, ὃς ἰάματα ἔθηκας (vel οὗ ἰάματα ἔθηκα) ἐξάκουσόν μου, καὶ ποίησόν με ἐπιτυχεῖν ὁποιουοῦν νοσημα, διὰ τὸ μέγα ὄνομά σου ἐφ' οὗ κεῖμαι (vel καὶ εἰμί.) Ibidem p. 175. idem vir cl. corrigit Paciaudii perversam explicationem amuleti sacri quod in fronte secundae editionis posuit operis de christianorum balneis. Ponenda est autem haec amuleti inscriptio in libro nostro cap. I. ubi *precationes*; si certe christianam vel potius basilidianam credere placet. — A. M.

CAPUT VII.

EPITAPHIA MARTYRUM. ITEM ILLORUM QUI EX CALICE SANGUINOLENTO SEPULCHRIS ADPOSITO MARTYRUM IN NUMERO HABITI SUNT.

1

E coemeterio Callisti lapis repertus anno 1639. ad loculum martyris.

Acathym filio Rest. (1)

2

E coem. Callisti ad tumulum S. martyris Agapiti.

Depossio Agapiti XI. kal. septemb. qui vixit annis XVIII. mensis X. dies XII. benemerenti parent. (2)

3

Romae sub ara ecclesiae archigymnasii cum lipsanis martyris repertis in coem. Priscillae, ibique depositis postridie idus nov. an. 1660.

Alexander
dep. V. idus
octobres
A ☧ Ω

4

Romae in coem. Callisti lapis erutus a Iacobo Crescentii tempore Gregorii XV.

+

☧ Alexsnder mortus (3) non est, sed vivit super astre, et corpus in hoc tumulo quiescit. Vitem explevit cum Antonino imp. qui ubi multum benefitii entevenire previderet, pro gretia odium reddit. Genna enim fletens vero Deo sacrificatorus ad supplicia ducitur. O tempora infauste quibus inter sacra et vota ne in cevernis quidem salvari possimus! Quid miserius vita? sed quid miserius in morte, cum ab amicis et parentibus sepeliri nequeent? Tendem in caelo coruscat. Perum vixit qui vixit IV. X. temp. (4)

5

In ecclesia monialium S. Catharinae prope Venetias cum corpore S. Hadriani M. reperto in coem. urb. A. 1609.

☧
Adrianus
in pace. (5)

6

E coem. Urbis A. 1658. cum ampulla sanguinis.

Aelio M. XI. (6)

(1) Aringius T. I. p. 332, Reines. cl. XX. n. 233.

(2) Boldett. p. 315; Mur. p. 1823. 3. Adest lancea, quam praedicti auctores indicium martyrii iudicant.

(3) Ita legitur etiam in codice Ciceronis de rep. II. 18, ubi videsis adnotationem meam. Infra *fletens* pro *flectens*, et *prev.* pro *praev.*

(4) Est haec pretiosissima inscriptio, de qua vide Aring. lib. III. cap. 22. — A. M.

(5) Zacharias excurs. litt. T. I. p. 46.

(6) E schedis sacrarii pontificii.

1

E coemet. Urbis A. 1665. ad loculum martyris.

Acupio filio pater bene-
merenti in pace. (1)

2

E coem. Thrasonis ad loculum martyris.

Cresces nu-
tritori Aga-
theodorso be. me. (2)

3

Urbini in sacello gentis Bonaventurae, in quo extat corpus S. M. Alexandri cum gladio et ampulla vitrea, repertis in coemet. Callisti.

Alexandro fratri benemerenti votum merenti fratres
reddiderunt. Vixit in XPO annis XXXIII. Decessit
idus iunias ☧ (3)

4

E coem. Cyriacae ad tumulum martyris.

☧ Αλεξandρο bene-
meρenti in πace. (4) ☧

5

Romae in coem. S. Saturnini cum ampulla sanguinis, litterae rubricatae.

Moroi . . . Apollonius
Xlfiano bene quiescenti. (5)

6

In monasterio Fuldensi litteris aureis.

Pontifices summi, Roma hnc quos misit habendos,
Rectores fuerunt sedis apostolicae.
Hos servus Christi Hraban suscepit ovando,
Illorumque ossa hic condidit et loculo.
Levitae ergo duo praedicta ex urbe secuti
Venerunt istuc digne et honore suo.
Quos idem famulus Domini mox obvius astans
Supplex accepit hicque simul posuit.
Martyr Alexander, martyr Favianus et ipse
Huc venere simul doctor uterque pius.
Discipuli Xisti papae dignique ministri
Felicissimus hic Agapetusque manet.
Omnes hi pariter aulam hanc satis ossibus ornant,
Virgo Dei genitrix quam dicat et meritis.
Vos quoq. qui intrastis templum, istos cum prece fusa
Patronos vobis quaerite in auxilium. (6)

7

E coem. Cyriacae ad loculum S. M. Aetherii, cuius ossa cum ipso lapide reposita ab Claudio Rivet in parrochiali ecclesia S. Iuliani loci nuncupati S. Iulianus in Burgundia. (7)

Aeterius in pace ☧

8

Romae apud sacrarii apostolici praefectum reperta parva tabella A. 1791. cum vasculo in coem. Thrasonis.

Anas-
tas . in
pace cum
sanctis.

(1) E schedis sacrarii pontif.

(2) Marangon. act. s. Vict. p. 84; Mur. p. 1822. 9. In schedis abbatis Rugerii ponitur in primo versu *D. M.* scribiturque *Agathodorso.*

(3) Exscripsit Marinius. Boldett. p. 323. et Mur. p. 1824. 9.

(4) Boldett. p. 343.

(5) Odericus p. 26. e schedis Marangonii.

(6) Rhaban. opp. T. VI. p. 230. Bolland. T. I. febr. p. 515; Coint. T. VIII. p. 392. Brower. AA. Fuld. p. 232. Apud Rhabanum *Christi* pro *Xisti*, et *Agapitus manent* pro *Agapetus manet.*

(7) Boldett. p. 343.

1

E coem. Calepodii A. 1714. ad tumulum martyris.

Alexander. (1)

2

*

Sine loco.

Hic requiescit sanctus et venerabilis
martyr Alexander. (2)

3

Sulmone in Pelignis, in cathedrali in qua fama est extare corpus S. Alexandri I. PP., visuntur tabulae lapideae inscriptae his verbis.

Hic Alexandri sunt ossa recondita sancti
Papae qui Petro quintus successor habetur. (3)

4

E coem. Callisti cum ampulla sanguinis corpus donatum ab Urbano VIII. Franc. Florentino, a quo illatus Lucam in S. Iohannis A. 1642.

In pace Ammonius Victor
qui vixit annis XVIII. men.
V. defunctus est XIII. kal.
octob. (4)

5

E coem. Callisti ad tumulum martyris.

Anastasius in pace ☧
qui vicxit anno uno
mensis VI. dies VII. (5)



6

E coem. Callisti cum calice infecto sanguine martyris Anastasii.

Anastasius qui bixit
annos tres (6)



7

E coem. Thrasonis ad sepulchrum martyris.

Dulcissimo filio Anastasio
qui vixit an. XVIII. in pace. (7)

8

E coemet. Urbis A. 1658. ad tumulum martyris.

Anselmus. (8)

9

E coemet. Cyriacae cum ampulla sanguinis.

Anteo. (9)

(1) Boldett. p. 343.
(2) Arring. T. II. p. 345. Consule Adonis martyrologium p. 600.
(3) Oldoin. ad Ciaccon. T. I. p. 102; Ughell. T. I. p. 1360.
(4) Arring. T. I. p. 333; Reines. cl. XX. n. 242; Fleetw. p. 352; Mans. diar. p. 161.
(5) Boldett. p. 363.
(6) Aring. T. I. p. 333; Reines. cl. XX. n. 243; Fleetw. p. 352.
(7) Marangon. act. S. Victor. p. 92; Mur. p. 1826. 6.
(8) E schedis sacrarii pontificii.
(9) Ex iisdem schedis.

1

E coem. Urbis A. 1658. ad tumulum martyris.

Antimus ☧ in pace. (1)

2

Romae e coem. S. Agnetis ad loculum martyris.

Antonius in pace. (2)

3

Romae in coem. Cyriacae ad loculum martyris, cuius ossa, vas, et lapidem intulit in sacellum villae Albaniae Alexander cardinalis.

Antiloco pincernae
Q. V. A. XXX. (3)

4

Cicerae, qui pagus est Ripariae sancti Iulii dioeceseos Novariensis, marmor Roma, advectum cum corpore martyris.

Apro benemerenti
qui vixit annis XXXIII. ❦ (4)

5

Romae in coem. via Labicana ad duas lauros, lapis effossus cum corpore S. Aproniani quod Benedictus XIV. P. M. dono dedit ecclesiae collegiatae S. Blasii pagi Centensis.

Corpus sancti Aproniani martyris.

6

Romae apud Crescentios ex coem. Praetextati tabula marmorea, cui adhaesit quondam ampulla sanguinolenta.



Antonius Sep-
timinus qui
vixit annos XIII.
mens. III. D. XQ. D. QII. idus nob. ☧ (5)

7

Parisiis in ecclesia PP. Theatinorum cum corpore S. martyris Attiani e coemet. urbanis.

Aurelia Caliste
bene merenti
Attiano coiugi
titulu posuit. (6)

8

Ravennae in museo Classensi. Clausit olim tumulum martyris Severini in urbis hypogeis.

quercus, in qua avicula.

Aufidio Severino Q. vix. ann. XXXI.
coiugi qui visit M. VIII. D. XXIIII.
mecum annis VII. M. VII. D. XIII.
in pace. (7)

(1) E schedis sacrarii pontif.

(2) Indidem.

(3) Oderic. p. 251; Marin. inser. alban. p. 188.

(4) Mur. p. 1841. 3.

(5) Aring. T. I. p. 604; Reines. cl. XX. n. 244; Fleetw. p. 351. De vase nihil Aringius. Donii codex p. 285. habet *annos III*, et in fine *mens. III. D. III*; praeterea nihil.

(6) Boldett. p. 113; Mabillon. epist. Euseb. p. 45. dubitat num de martyre sermo sit.

(7) Marinius vidit in sacrarii pontificii schedis haec tantum verba: *Aufidio Severino qui vixit ann. XXXI.*

1

In cathedrali ecclesia Marsicana cum lipsanis S. M. Augustalis e coemet. Urbis.

Augustalis se vivo fecit. (1)

2

Florentiae in Sodalitio suburbano S. Augustini, vulgo a Legnaia, *ubi corpus S. Aurelii M. e coem. Callisti.*

Aurelius (2) ☧

3

E coem. S. Callisti ad loculum martyris.

Aur. Crescentino qui bix. ano (sic) XXXII. (3)

4

Romae e coem. Priscillae cum ampulla sanguinea.

Barici benemerenti in pace. (4)

5

Ravennae in museo Classensi e coem. S. Agnetis ad tumulum martyris.

Aur. Decentio coiugi suo, et filia patri suo benemerenti ☧ fecerunt in pace. (5)

6

E coem. Calepodii ad loculum martyris.

Aureius (sic) Fuleros deposte
X. al. ser. (6)

7

E coem. S. Hippolyti ad loculum martyris

In ☧ Aurelio Marcellino deposito
in ☧ V. idus martia (sic). (7)

8

In Tusculano Passioneii e coem. S. Agnetis cum vase sanguineo.

Aur. Lucilianus qui vixit annis III.
M. III. D. III. animae dulcissimae
parentes fecerunt in pace
moritur V. idus iun . . . (8)

9

In sacello palatii episcopalis Montis alti, cum ossibus S. M. Mascelii depositi in coem. Callisti.

Au. Mascelio qui vi-
☧ †
xit an. LXXXV. et cum
uxore an. XXXV. in pace. (9)

(1) Ex opere inscripto *notitia lipsanorum S. Augustalis* p. 40. Item in Marinii miscellaneis inscr. antiq.

(2) Gorius T. I. p. 461. n. 30. In scheda sacrarii pontificii dicitur inventa mense februario an. 1658.

(3) E schedis sacrarii pontificii.

(4) Boldett. p. 493.

(5) E schedis sacrarii pontificii.

(6) Indidem.

(7) Boldett. p. 345.

(8) Ita erat in schedis Passioneii praefecti sacrar. pont.

(9) Misit ex urbe firmane Stephanus Borgia.

1

Romae in coem. Cyriacae repert. cum amp. sang. an. 1656.

Aurelio Natalio Al.
coniux fecit qui vixit
mecū bene annos XXXII.
Quiesquet in pace. (1)

2

E coem. Calepodii cum ampulla sanguinis.

Aurelius Refrigerius
vixit annorū IIII.
mes. VIII. setimu kale
febras domi. (2)

3

E coem. S. Hermetis ad tumulum martyris.

Aur. Leontio
fil. caris-
simi ☧ (3)

4

Alicubi in dioecesi Praenestina in imbrice reperto cum corpore M. Sabbatii.

Aur.
Sabbatius. (4)

5

Florentiae in vestibulo secretarii eccl. Annunciationis B. V. cum ossibus S. Siricii effossis in coem. Lucinae.

Aur. Siricius
qu. bi. an. XXVIIII.
isp. eius in P. (5)

6

E coem. Callisti cum vase sanguinolento.

S. Aur. Vincentii M. qui vixit ann. IX.
deces. IIII. idus nov. (6)

7

Romae ad locum martyris o coem. S. Agnetis.

Balerius se bibum
emit sibi et suubus. (7)

8

E coem. Callisti ad loculum martyris.

☧ Legitimus et Amantia Aurelio Urso
filio dulcissimo qui vixit anis XVIIII.
dies XV. parentes fecerunt. Decessit XI. kal.
octobres. Quesce in pace
exibit de seculu inbentis. (8)

(1) E schedis barberinianis Suaresii.

(2) Boldett. p. 432.

(3) Marangon. act. S. Vict. p. 120. In scheda Rugerii est *fili.*

(4) Lup. epitaph. S. Sev. p. 30.

(5) Zachar. excurs. T. I. p. 202; Gorius legit *spiritus eius.*

(6) Boldett. p. 317; Mur. p. 1839. 7. qui legit *sepulchrum Aur. Vincentii marmorarii.* Hinc malleus et gnomon.

(7) E schedis sacrarii pontif.

(8) Boldett. p. 395; Mur. p. 1899. 6. putat scriptum *inbentis* pro *iubentis*, seu *iuvenis.*

1

Romae e coem. Praetextati ad loculum martyris.



Baryci
dulci animae. (1)

2

E coem. Urbis cum vase sanguinolento 16 iun. 1656.

☧ Benedicto benemerenti qui bixit
annos II. et menses. III.
et dies XVIIII. in pace (2)

3

Romae e coem. Priscillae erutus lapis an. 1758., qui appositus fuerat ad loculum martyris. Fuit apud card. Zeladam.

☧ Benerio suo conpari Cyriaca, qui bixit an. XXXIII
M. X. D. CI. D. III. nonas
aug. in P. (3)

4

Anagniae in SS. Cosmae et Damiani cum lipsanis S. M. Basilici detectis in coem. S. Agnetis.

Curatori R. III Basilico in pace. Vixit an. XLIII. M. V. (4)

5

Fileti qui locus est iuris abbatis S. Benigni in Pedemonte, in sacello S. Philippi Nerii cum corpore S. Bassi e coem. Gordiani.

Bassus in pace
qui vixit an. VII. (5)

6

E coem. Callisti ad tumulum martyris.

☧ Benero benemerenti qui vixit ann. VII. M. IIII.
et dies VII. Depositus
in pace III. N. iun. (6)

7

Romae apud lapicidam in via iulia e coem. Priscillae cum vase sanguineo.

Vettius Stercorius Bass*elio*
filio carissimo fecit. Vi*xit*
annis XIII. M. III. (7)

8

Romae in colle Quirinali in palatio Pontif. ex coem. Cyriacae ad loculum martyris.

Spes Berecundo filio
qui bixit an. XXX. Birgo bene-
mereti (sic) in pace. (8)

9

In ecclesia monasteriis Wibligensis prope Ulmam, in qua ossa S. Benigni, e coem. Calepodii.

Benignus qui vixit annis XXI.
et mens. II. (9)

10

Romae in museo Vaticano e coem. . . . ad tumulum martyris, litteris rubricatis.

Betalio☧ni benemereti (sic). (10)

(1) Boldett. p. 554.

(2) E schedis sacrarii pontif.

(3) E schedis P. Danzettae, qui legit *Benerio* et *Cyriaca*. Nam utrumque nomen monogramma est in lapide.

(4) Sic in epistola episcopi anagnini ad Ben. XIV. P. M., in qua tamen deest ultima littera. Boldett. p. 414; Mur. p. 1841. 3.

(5) Boldett. p. 402.

(6) Marangon. act. S. Vict. p. 116; Mur. p. 1842. 3.

(7) Marang. res ethn. p. 455. *Baselio*.

(8) Gud. p. 371.

(9) Gerbert. iter german. p. 197; Boldett. p. 489.

(10) E schedis sacrarii pontificii.

1

Romae e coem. Callisti cum ampulla sanguine aspersa.

Bibio Paramitio
filius dulcissimo
Aurelius et Bibia
Vitalio-
na Athe parentes
in pace carae. (1)

2

Romae e caem. Cyriacae cum ampulla sanguinea.

Caecilio Marmenta-
rio Iulia Aphro-
disia coniugi be-
nemerenti cum
quem vixit annis
P. M. XXX. (2)

3

Romae apud sacrarii pontificii praefectum, e coem. Cyriacae cum ampulla.

Bithus.

4

Melitae cum lipsanis S. martyris e coem. Urbis.

Calcidonius in pace. (3)

4

Romae apud Ab. Foiettum sacr. reliquiarum custodem tabella reperta ad loculum martyris.

Bonifati-
ne ve
sus in pce.
☧

5

Romae in coem. cum vase sanguinolento.

Bonifacio in pace
. . . .
. . . .
III. non. aprilis. (4)

6

Romae apud Ab. Iacobum Crescentium tegula reperta an. 1622. in coem. Callisti ad loculum S. Caii PP. et M.

Caio PP.

☧ 

7

Romae e coem. viae Salariae veteris cum ampulla sanguinis. Exstat nunc Florentiae in sacello domus Pittiae.

D. M. S.
☧ Caesonius Salvius vone memoriae
innox, qui vixit annis XX. M. VI. et hor. III.
cui fecerunt Succissa matir Marinus fratir. (5)



8

Romae e coem. Callisti ad loculum martyris. A. 1731.

Bondato ve dulcissimo coniugi Castori-
no qui vixit annis LXII. mensibus V. D. X.
benemerenti uxor fecit. Vive in
Deo (6)

9

Ratisbonae in monasteria S. Hemeramni lapis cum corpore S. martyris misso Rama ante 100. annos.

Calcidonius qui vix.
annis II.
mes. II. die I. in pacem ☧ (7)

(1) Marang. act. S. Vict. p. 119. Mur. p. 1843. 4. legit *Aurelius Vitalion* et *Vivia Athe.* Videtur tamen *Aur. Vitalio et Bibiana Athe.*

(2) E schedis sacrarii pontif.

(3) Inscr. Sicil. cl. XVII. n. 15. Misit Melitam Benedictus XIV.

(4) E schedis sacrarii pontif.

(5) Fabrett. p. 564. n. 108; Fleetw. p. 374.

(6) Marang. act. S. Vict. p. 129; Mur. p. 1850. 3. Marinius legit in schedis sacr. pontif. *Bendato*; sed ipse existimat legendum *bono atque*.

(7) Misit Garampius ad Marinium an. 1780.

1

E coem. Lucinae ad loculum martyris.

Pridie idus mart. Decastellus in pace. (1)

2

Romae e coemet. Callisti ad loculum martyris.

Miro iuventutis ❦ Casulio ❦ anima dulcis ☧ qui vixit annis
XXXVIII ❦ meses IIII. die uno· Cesquient in pacem ☧ (2)



3

Romae in S. Mariae transtib. e coem. Callisti cum ampulla sanguinea.

Castus dep. VI. kal. maias. (3)

4

Florentiae in monasterio S. Verdianae cum lipsanis mart. repert. in coem. Urbis an. 1742.

Celestinus. ☧ (4)

5

In oppido montis Silicis in eccl. S. Georgii e coem. Cyriacae cum corpore et vase sanguinolento.

Ilocus Celerini se bibo comparabit. (5)

6

Mediolani in S. Celsi.

Eximium haec Celsi corpus complecitur ara,
Quem pia Nazario mater sub rure Cymelli
Obtulit, ad caeli pariter qui scanderet arces
Morte obita longum pariterque iaceret in aevum.
Ambrosius tandem hos separe (6) condidit ambos
Nazarium apportans alio, Celsumque relinquens.
Saecula Landulfus donec post plurima praesul
Vatibus adscitis vicinisque undique turbis
Laetitia summa studio et eertantibus omni
Transtulit, atque locum divinis usibus aptum
Ipse libens struxit miroque decore paravit. (7)

7

E coemeterio S. Helenae ad tumulum martyris.

Cenianus. (8)

8

E coemet. Callisti cum vasculo cruore pleno.



Cepasius
in pace
vix. annu I. et
dies V. (9)



(1) E schedis sacrarii pontif.

(2) Aring. T. I. p. 334; Fleetw. p. 375; Reines. cl. XX. n. 270.

(3) Boldett. p. 716.

(4) Ricca P. II. p. 235.

(5) Cognolatus memor. Monselic. p. 109. qui *Ilocus* intelligit nomen martyris.

(6) Id est *separatim*.

(7) Bolland. T. VI. iul. p. 518, Iulin. T. II. p. 432; Bugat. de S. Celso p. 114. 116. 32.

(8) Boldett. p. 488.

(9) Aring. T. I. p. 336; Reines. cl. XX. n. 272; Fleetw. p. 377.

1

Mediolani in S. Celsi.

Coenobium claustrum praesentis rite sacratum
Eximiam Celsi complecti martyris almi
Novimus, obsequiis veneramur iure di . . .
Corpus q*uod* mulier sua nempe probissima mater
Obtulit almifico residens in rure Cymelli
Nazario celsam secum, qui sumere palmam
Martyrio meruit, simul ac super astra migravit.
Ambo nam longum pariter iacuere per aevum.
Post tamen Ambrosius secernens corpora sancta
Nazarium gessit, hic Celsum rite relinquens.
Antistes multum Landulfus post quoque saeclum
Vatibus accitis vicinisque undique turbis
Laetitia summa cunctorum laude superna
Transtulit, atque locum divinis usibus aptum
Ipse libens struxit miroque decore paravit.
Quorum praesidio iuvante per omnia Christo
Empirii regiam penitus nos scandere sumet.

2

E coem. S. Agnetis ad loculum martyris.

Ciminus in pace (1).

3

Romae in coem. Cyriacae in calce loculi ampulla sang. distincti.

Constantinus (2).

4

E coem. Calepodii an. 1697. ad loculum martyris, nunc Velitris in ecclesia S. Petri.

Ti. Cl. Victorino innocentis-
simo puero, qui vixit annis
VIIII. M. V. Requiescit in pace.

5

Anagniae in SS. Cosmae et Damiani e coem. Thrasonis cum vase sanguineo.

Clemes ❦ qui vixit
anos XXVIIII. M. ❦ VIIII. Dep.
VIIII. Elianus fratri ❦ in pace (3).

(1) E schedis sacrarii pontif.
(2) Exscripsit Marinius an. 1781.

(3) Marang. act. S. Vict. p. 89; Mur. p. 1852. 7.

1

E coem. S. Agnetis ad loculum martyris.

Clecorio Cres-
centino filio bene-
merenti mater. (1)

2

In patina ex alabastro reperta cum calice vitreo in coem. S. Agnetis ad tumulum Constantii mart. et a Virginio Spada dono data N. Rondininiae.

Non unda letalis est
ansa Constanti ferre
quam licuit ferro coronam. (2)



3

Romae apud sacrarii pontif. praefectum, ingens tabula reperta cum vase sanguinis in coem. S. Sebastiani.

Constantius se vivo emit
locum.

4

Perusiae in ecclesia S. Constantii, in tegula detecta superioribus annis.

Constan-
tius. (3)

5

Romae e coem. cum ampulla cruenta.

Crescenti-
oni inn.
Q. V. A. IIII. M.
VIII. D. XX. PPPP. (4)

6

Romae in cavaedio palatii Capponii in parvo lapide orbiculari.

✝ Hac iacet ecclia Clemens scissimus, equor.
✝ Quem diu celavit, hunc ego corde precor.

7

Florentiae in choro ecclesiae monialium B. Theresiae lapis cum lipsanis et ampulla vitrea e coem. Urbis.

Communi filio dulcissimo benemerenti
qui vixit an. XXXV. menses IX. dies
XXVI. Felicitas mater in pace. (5)

8

E coem. Cyriacae ad loculum martyris.

Concordio filio qui vixit annos
XXIIII. dies XXXVI. Concordia ma-
ter B. M. in pace. (6)

9

Romae apud sacrarii pontif. praefectum reperta an. 1793. ad loculum martyris.

Crescentio filio qui vixit
annis XXII. decessit
V. kal. iulias in pace.

(1) E schedis sacrarii pontif.

(2) Extat aere cusa in fine tomi III. Romae subterraneae ed. ultim. — A. M.

(3) Ex diario inventionis S. Constantii p. 25. Sed Marinio haec valde suspecta est inscriptio.

(4) Fabrett. p. 559. n. 62; Rein. cl. XX. n. 285; Fleetw. p. 381. Aringius ligno cusam edidit.

(5) Ricca eccl. flor. T. I. p. 336.

(6) E schedis sacrarii pontif.

1

Veronae in S. Zenonis in basi pallae in qua depictae tres imagines sunt, martyris cum palma, et duorum episcoporum cum mitra et pedo.

Hic Crescentiani martyris ossa quiescunt,
Et eum Lucillo tu Lupicine simul
Caelestis patriae consortes atque sepulchri.
Veronam praesul dicit uterque suam. (1)

2

E coem. Priscillae cum ampulla sanguinea.

Crescentioni in pace. (2)

3

E coem. Ss. Abdon et Sennen ad loculum Martyris.

Cyparissus. (3)

4

Urbaniae in sacello gentis Matarotiae e coem. Callisti cum ampulla sanguinea.

Crescentioni
qui vixit ann.
depositus VII. id.

Puer tunicatus passis manibus.

benemerenti
V. men. II. et D. XVII.
ian. in pace. (4)

5

Neapoli apud P. Aloysium Vincentium Cassitium O. P. in imbrice, e coem. Cyriacae an. 1800.

Crescentius in P. qui vicsit an. XI. M. . . .
mater cum metu P. (5)

6

Romae.

Hic votis paribus tumulum duo nomina servant
Chrisanti Dariae nunc venerandus honor,
Effera quem rabies, neclecto (6) iure sepulchri
Sanctorum in tumulos praeda furentis erat.
Pauperis ex censu melius nunc ista resurgunt,
Divite sed voto plus placitura Deo.
Plange tuum gens saeva nefas, periere furores,
Crevit in his templis per tua damna decus. (7)

(1) Ughell. T. V. p. 679; Panvin. AA. Ver. p. 110.

(2) Boldett. p. 316.

(3) E schedis sacrarii pontif.

(4) Fabrettus p. 559. n. 32.

(5) Misit ad Marinium possessor.

(6) Ita cod. pro *neglecto*; de qua scriptura alibi locutus sum. — A. M.

(7) Grut. p. 1176. 6. ex cod. pal. (p. 78. b.) ad quem nunc emendata inscriptio est. Edidit inter carmina S. Damasi Merenda n. 28.

1

E coem. S. Agnetis ad loculum martyris.

Totius innocentia crocati
Anul. qui vixit annis XXVII.
diebus XLII. oris V. in pace. (1)

2

Romae in monte Quirinali in palatio Pontificis, e coem. Urbis an. 1616. *ad loculum martyris.*

Fortunata Dativo bene-
merenti qui vixit ann.
XXV. P. M. M. II. D. IIII
in pace. (2)

3

In coem. Cyriacae ad tumulum martyris reperti saec. X. a comitissa Marotia.

Hic reconditum est corpus almi levitae et martyris
Cyriaci a matrona Lucina reconditum. (3)

4

In peristylio ianuae eccl. S. Praxedis, vulgo S. Passera, *via Portuensi.*

Corpora sancta Cyri renitent hic atque Ioannis,
Quae quondam Romae dedit Alexandria magna. (4)

5

Romae in S. Mariae transtib. e coem. Callisti cum ampulla sanguinea.

Dalmatius dep. pridie kal. maias. (5)

6

E coem. Callisti cum vase cruento.

Dep. ꝺ Dalmati ꝺ pridie kal.
maias vixit annos XXXV. (6)

7

Patavii in S. Iustinae lapis inventus cum lipsanis S. Danielis an. 1076.

Hic corpus Danielis
martyris ac levite
quiescit. (7)

8

Romae e coem. Pontiani ad loculum martyris.

Decenti in pace D.P.V. kal. mart. (8)

9

E coem. Cyriacae ad loculum martyris.

Eberaso benemerenti in pace. (9)

(1) E schedis sacrarii pontif. Ita Marinius. Ego vero legerem *totius innocentiae Rogatianus.*

(2) Indidem; nec non Gud. p. 367. n. 2.

(3) Rem titulumque habes apud Martinell. troph. I. S. crucis p. 57.

(4) Bosius p. 123; Aring. T. I. p. 222; Fleetw. p. 428. Item in schedis sacrarii pontif.

(5) Boldett. p. 716. et 478.

(6) Boldett. p. 478.

(7) Brunatius in explicatione chartarum coenobii S. Iustinae, ex vetustis codicibus.

(8) E schedis sacrarii pontif.

(9) Boldett. p. 481.

1

In S. Sabinae in sacello B. V. dictae de Rosario cum corpore S. Decentii effosso in coem. Gordiani.

Decentius
qui bixit annis V.
die XIV.

☧ A Ω

in pacen (sic)
menses VI. depositus
kal. apriles. (1)

2

Ratisponae.

Dionysius areopagita hic requiescit.
sub Arnulpho imp. et Ottone rege
sub Eubulone abb. mon. S. Dionysii
Gisalbertus furatus est quinto nonas
iulii. Furto sublatus huc venit pridie
nonas dec. tempore Tutonis episcopi. (2)

3

Romae in coem. Cyriacae cum ampulla sanguinea, et lucerna A. 1658.

Desiderius in pace. (3)

4

E coem. Callisti ad tumulum Martyris.

Epipodius et Amonia
parentes Domitio filio
benemerenti qui vixit
ann. VIIII. menses XI. dies
IIII. decessit VII. idus
octobris in pace. (5)

5

Remis in ecclesia Virginum congregationis S. Mariae cum corpore S. Dorothei e coem. Urbis.

Dorotheus D. in P. (4)

6

E coem. viae Labicanae, IX. ab Urbe lapide, in tegula ad loculum M.

Deterkaiia V. A.
LI. in pe. (6)

7

Suriani sub ara maxima ecclesiae collegiatae cum corpore S. Diodori e coem. Callisti an. 1660.

Diodorus ☧ (7)

8

Romae apud lipsanophylacem e coem. Priscillae cum vase sanguineo.

Pisistratus Egeo fratri
monumentum posuit. (8)

(1) Boldett. p. 345.

(2) Ferrand. disquisit. reliquiar. p. 207. ubi de falsis inscriptionibus.

(3) E schedis sacrarii pontif.

(4) Mabillon. admon. ad epist. Euseb.

(5) Aring. T. I. p. 333; Reines. cl. XX. n. 292; Fleetw. p. 393.

(6) Boldett. p. 182.

(7) Ex historia ms. Suriani abbatis Pennatii.

(8) E schedis P. Damettae.

1

Anagniae in SS. Cosmae et Damiani cum lipsanis S. Dorothei repertis in coem. Gordiani.

ω Dorotheo ☧ filio dul- ω
cissimo qui vixit M. VI.
D. XX. or. IIII. in pace. (1)

2

Romae in coemeterio Ostriano cum vase cruore resperso. (2)

Mirae innocentiae anima
dulcis Emilianus qui
vixit anno uno mens. VII.
D. XVIIII. dormit in pace.



3

Plumbea lamina inventa an. 1520. in arca S. Demetrii in ecclesia abbatiali S. Laurentii in Campo in Umbria.

II. R Q E
S. C. P. S.
D. M. +. I

4

E coem. Praetextati cum vase sanguineo.

Erenius
Quartinus. (3)



5

E coem. Thrasonis cum calice cruento.

Elpidia Eufrasio conpari qui
vixit annos XL. te in pace. (4)

6

E coem. Thrasonis ad loculum martyris.

Domino coniugi Eusibio Terentia
benemerenti in pace. (5)



7

Romae in S. Eustachii in titulo marmoreo.

Hic requiescunt corpora scorum martyr. Eustathii
et uxoris eius Theopistes eorumq. filior. Agapiti et Theopisti. (6)

8

E coem. Gordiani cum ampulla sanguinea. S. Eutychii lipsana extant Anagniae in S. Mariae vulgo de caritate.

Euticio Fabro Ferrio
qui bi quie
ann. XXII. kal. dices-
sit. sit. (7)

9

E coem. S. Agnetis ad loculum martyris.

Felix qui vixit annis XXXIIII
et cum uxorem annum et mesis VI.
in pace felix. (8)

(1) Boldett. p. 344. 372; Marang. act. S. Vict. p. 103; Mur. p. 1860. 2. alllque.

(2) Aring. T. I. p. 333; Reines. cl. XX. 58; Fabrett. p. 576. n. 158; Fleetw. p. 394.

(3) Marang. act. S. Vict. p. 112.

(4) Marang. act. S. V. p. 95; Mur. p. 1860. 11.

(5) Marang. act. S. V. p. 82; Mur. p. 1866. 3.

(6) Refertur apud Gallet. inscr. rom. T. I. p. 43. in lapide Caelestini III. an. 1196.

(7) Ita scribitur. Vide Marang. act. S. V. p. 102; Mur. p. 1868. 6; Mamach. T. III. p. 319.

(8) E schedis sacrarii pontif.

1

Vercellis in pariete sacelli divi Eusebii.

✝ Emeritae quantum damnato corpore vitae
Vel cunctis exuta malis mens possit in *isto*
Sat dedit agnosci virtus, quem mille labores
Exiliique dolor victi stupuere fidelem.
Blandus et adfatu facilis sanctusq. sereno
In vultu esponens animum, patientior aequo,
Virtutum specimen dives sub paupere mundo,
Scriptorum custos rigidus, dubiique serenus
Excusor veri, contendens mente beata
Purgatam in terris animam revocare per aethra
Indignum clamans demergi crimine vitas
Sulfureasq. undas corrupto corpore adire
Candor erat mentis verus semperq. docebat
Omnia factorum nostrae rationis habenda,
Participesq. mali facinus qui in fata reclinant.
Ultor inexpletus fidei, bellator in hostes,
Sincerus cultorq. Dei, domitorq. malorum,
Errantum lumen, qui crimina tolleret ore.
Talis erat specie, quem nec ieiunia longa
Magnanimum vicere sitim fluvialibus undis,
Algorem vili solitum depellere veste.
Robore celesti mundum calcavit, et omnes
Terrenas vicit labes purgatior aethra,
Vitarum maculas puro qui decoquit igni,
Rebus qui docuit populos factisq. vocavit.

2

Romae ap. principem Rospiliosium e coem. Priscillae.

Ermetes ☧ passus. (1)

3

E coem. S. Agnetis ad loculum martyris.

Eukaristus in pace
qu. an. XIII. (2)

4

Romae ap. Card. Zeladam e coem. SS. Abbundii et Sennen, cum vasculo sanguineo.

Cale
Eutychiano
❦
ΕΠΙΤΙΟΔΙC. (3)

5

In coem. Callisti via Appia, cum vase sanguineo.

Eusebio homini Dei. (4)

6

Romae in S. Sebastiani. (5)

Eutychius martyr crudelia iussa tyranni
Carnificumq. vias pariter tunc mille nocendi
Vincere quod potuit, monstravit gloria Christi
Carceris inluviemq; sequitur nova poena, per artus,
Testarum fragmenta parant ne somnus adiret.
Bis seni transiere dies, alimenta negantur.
Mittitur in barathrum, sanctus lavat omnia sanguis
Vulnera quae intulerat mortis metuenda potestas.
Nocte soporifera turbant insomnia mentem,
Ostendit latebra insontis quae membra teneret,
Quaeritur, inventus colitur, fovet, omnia praestat.
Expressit Damasus. Meritum venerare sepulchrum.

7

E coem. Callisti ad loculum mart.

Exuperantius in pace. (6)

8

E coem. S. Helenae ad loculum mart.

Exuperius. (7)

9

E coem. S. Agnetis ad loculum mart.

Kal. maias depositus Exuperius. (8)
A ☧ Ω

(1) Fabrett. p. 738. n. 491; Allegrant. de monogr. Chr. p. 13; Paul. de S. Feliciano p. 18.
(2) E schedis sacrarii pontif.
(3) Ego vidi in lapide musei vat. sine his graecis litteris. — A. M.
(4) Bosius p. 189; Aring. T. I. p. 282. ex actis huius martyris, quorum pleniorem editionem dedit Balutius miscell. T. I. p. 33.
(5) Sarazan. ed. S. Damas. carm. XXXI. — A. M.
(6) Boldett. p. 318.
(7) Boldett. p. 488.
(8) E schedis sacrarii pontif.

1

E coem. Thrasonis ad tumulum martyris, cuius ossa data sunt Georgio Spinulae cardinali.

☧ Exupi in
pace qui vix.
ann. XVIIII P. M. (1)



2

E coem. Praetextati in calce ad loculum mart. cuius lipsana illata in basilicam S. Laurentii in Damaso.

(1) Hieronymus Faber *mem. sacr. di Ravenna* P. I. p. 66; Beltramus *il forastiere istruito* p. 6. Monogramma sub cruce legendum videtur *Sergius diaconus*.

(2) Nihil adnotat Marinius. Ego suspicor *in corde* male lectum pro *in Christo*. — A. M.

(3) Marang. act. S. V. p. 83; Mur. p. 1942. 2.

(4) Reines. cl. XX. n. 391; Aring. T. I. p. 220; Bos. p. 122; Fleetw. p. 481. Mamach. T. III. p. 243; Bolland. T. VII. iul. p. 35; Florentin. martyrol. p. 687. aliique.

(5) Marang. act. S. V. p. 94; Mur. p. 1941. 9.

(6) Reines. cl. XX. n. 392; Aring. T. II. p. 151; Bos. p. 564; Fleetw. p. 482; Boldett. p. 341. et 478. habet *annos XXVIII.*

1

Ad tumulum S. Severini Exsuperii et Feliciani Viennae Allobrogum in sacrario basilicae Apostolorum.

Martyribus reverenda tribus haec fulgurat aula,
Quorum caelesti servantur nomina libro.
Hi Domini ob nomen felici forte perempti
Urbe viennensi aethereas sumpsere coronas.
Inde huc translati post longi temporis annos,
Praesentem inlustrant meritis vivacibus aulam
Conspicuo in templo, praefatae quod pius urbis
Condidit antistes, tantoque honore beavit,
Seque piis supplex tradens in secla patronis,
Hic vita excessit, hic sacris conditur arvis,
Quem sine fine tegens foveat miseratio Christi.
Nomina sanctorum cupiens cognoscere lector,
Scito Severinum, Exsuperium, ac Felicianum
Auctoris nomen commendant scripta sepulcri. (1)

2

E coem. Thrasonis cum ampulla sang.

X. Ks. Sibillu. (2)

3

E coem. Gordiani cum vase sang.

Theodorus. (3)

4

In pariete exteriore eccl. SS. Nerei et Achillei, lapis repertus cum ampulla sang. in coem. Lucinae.

. . Subicius qui vixit annis
. . et menses sex qui in pa. (4)

5

Romae in viridario domus probationis religionis paulinae iuxta ecclesiam S. Michaelis in Burgo S. Petri.

Sulpicius ☧ martyr.
Servilianus ☧ martyr. (5)

6

Neapoli in monasterio S. Severini.

Hic duo sancta simul divinaque corpora iacent
Sosius unanimes et Severinus habent. (6)

(1) Duchesnius T. I. hist. Franc. script. p. 513; Mabillon. SS. Bened. T. VI. p. 575.

(2) Marang. act. S. V. p. 81.

(3) Boldett. p. 491.

(4) Reines. cl. XX. n. 195; Aring. T. I. p. 355; Fleetw. p. 484.

(5) Ex cod. barberin. 3023. p. 81. Reines. cl. XX. n. 189; Aring. T. II. p. 8. aliique. Cod. Donii p. 591. ex cod. vat. 5241. sic. *In horto aedis S. Michaelis regionis leoninae Sulpicius martyr. Severinus martyr.*

(6) Reines. cl. XX. n. 191. ex Capac. H. M. L. cap. 13; Fleetw. p. 479.

1

E coem. Cyriacae cum ampulla sanguinis.

✝ Sisini ✝ (1)

2

In coem. Priscillae via Salaria, in calce ad tumulum martyris.

Terentianus. (2)

3

Romae apud praef. sacr. pont. reperta A. 1788. ad locum martyris in coem. Cyriacae.

Sorilioni
karissime in P·
parentes fece.
vix. anos· XIIII.

4

E coem. Thrasonis cum vase sang.

Terentio amant.
benemerenti
vixit an. XI. XIVIIII. (3)

5

☧

Corleone in S. Mariae vulgo a gratia nuncupata extat corpus S. M. Theodori repertum in coem. S. Hermetis cum hac epigraphe minio illita.

Theodorus MC. (4)

6

☧

In Tusculano Passioneii lapis eductus e coem. Agnetis cum amp. sanguinis.

Tnsco benemerenti in pace. (5)

7

Suriani in eccl. collegiata sub ara maxima corpus S. Turenii, quod e coem. Callisti eductum Surianensibus dono dedit A. 1656. episcopus Hortanus cum hac epigraphe.

☧ Turenius in pace

in ipso loculo clausa extitit theca pulveraria, circa quam legebatur.

ne
S. Terenius martyr. (6)

(1) E schedis sacrar. pont.

(2) Bos. p. 563; Aring. T. II. p. 150.

(3) Marang. act. S. V. p. 100, ex eoque Mur. p. 1946. 2.

(4) Vide *memorie per servire alla storia lett. della Sicilia* T. I. P. VI. art. 26. p. 65. Legitur *martyr Christi*, sive ut mavult Zacherias *martyrio coronatus*.

(5) E schedis sacrar. pont. Passion. inscr. p. 125.

(6) Ex historia Surian. ms. ab Pennatii.

1

E coem. Callisti ad loculum mart.

Turranio Maxentio quxit ann. (sic)
XXXV. Bitalis coniux fecit.
Dormit in pace. (1)

2

Inscriptum coctili laterculo, qui extat in S. Vigilii pagi Vezzano, *V. lapide ab Tridento, repert. cum lipsanis S. M. Valentini in vetere vicinali eccl. honori ipsius dicata.*

CCCC hic sepulta
CCCCLX sunt
die IIII. april. certa ossa
beati Valentini.

3

Tarracinae.

Hic requiescunt corpora
SS. martyrum Valentini et Damiani. (2)

4

Terranovae una cum corpore martyris effossi in coem. Urbis.


Titus ☧ in P. (3)

5

E coem. Priscillae cum ampulla cruore respersa.

Transpadanus. (4)

6

Massaccii, ubi olim Cupra montana, in eccl. coenobii S. Laurentii, ubi corpus S. Tiburtii e coem. Priscillae a. 1664.

Tiburtius. (5) ☧ 

7

In coem. viae Appiae cum vase sanguineo.


Titianus miles
in pace quiescit. (6) ☧

8

Romae in confessione eccl. S. Ceciliae litteris optimis, et rubricatis repertus cum amp. sanguinis.

Sanctis martyribus Tiburtio
Baleriano et Maximo Ꝗ quorum
natales Ꝗ est XVIII. kal. maias. (7)

9

Romae apud praef. sacr. pont. fragmentum tabulae marm. effossae in coem. Cyriacae A. 1790. quae clausit loculum martyris, pessimis litteris.

Leontia . . . .
nos no . . . . .

(1) Boldett. p. 398.

(2) Ughell. T. I. p. 1288.

(3) Exscripsit Lupius. Videtur in lapide candelabrum, potius, quam palma, sed male delineatur.

(4) Ex epist. Suaresii in bibl. barberin. p. 327.

(5) Menicuccius p. 239.

(6) Bos. p. 217.

(7) Boldett. p. 234; Mamach. T. II. p. 230; Victorius diss. phil. p. 38; Severan. hist. p. 431; Cognolat. mem. Monsel. p. 75. Boldettus habet *natale* et *kalen.*

1

Forolivii lamina reperta in monumento S. Valeriani, scripta hinc et inde.

Nomiue pro regis caesa cervice superni
Hic martir recubo Valerianus ego.
Romana suis clarum me fovet iu antris
Livia cum sociis octuaginta teuet.

Hoc beati Valeriaui martiris
est corpus, qui hic praeseus habetur, qui pro
Christi uomiue multas in suo corpore sub-
stiuuit passiones, demum absciso animam
Deo reddidit. (1)

2

In monasterio Fuldensi litteris deauratis.

Postquam rex regum Christus super aethera celsa
Victor conscendit arbiter omnipotens,
Servorum turbam hic liquit plebemque fidelem,
Qui verbo et factis plurima lucra darent.
Inter quos isti, quorum hic membra quiescunt,
Virtutum titulis eximii fuerant.
Hi pompam mundi spernentes rite tenebant
Martyrii palmam virgineumque decus.
Germani ecce duo hic pausant, quos virgo beata
Lucrata est Christo dogmate Caecilia.
Valerianus adest unus, Tiburtius alter
Nomine praeclarus clarior et meritis.
Has tres personas romana ex arce meantes
Suscepit Hraban Christe tuus famulus.
Patronosque sibi exoptans fieri, arte magistra
Ornavit templum, condidit et titulum. (2)

3

E coem. Cyriacae cum vase sang.

Turdus dormit. (3)

4

E coem. Thrasonis cum vase sang.

☧ Victoris ☧ (4)

5

Narniae in cathedr. e coem. Priscillae ad loculum martyris.

Valerius Lila scutarius
natione maurus. Prima
coniugi suo dignissimo
in pace, qui vixit annis
XXX. meses duos. (5)

6

In monasterio Petersausensi PP. Benedictinorum sito prope Constantiam lapis Roma advectus cum S. martyris reliquiis.

Locum Vicenti,
quem cum para-
vit cum suis si
qui voluerit requi-
rere veniat in cle. (6)

(1) Mur. p. 1953. 5. Bolland. T. I. maii p. 496. Subintellige *capite*.

(2) Inter opera Rhabani T. VI. p. 231; Bolland. T. I. febr. p. 521, T. II. april. p. 211; Brower A. A. Fuld. p. 247.

(3) Confer de hac formula Boldett. lib. II. 6. — A. M.

(4) Marang. act. S. V. p. 91.

(5) Boldett. p. 427.

(6) Exscripsit Callistus Marinius.

1

Florentiae in sacella domus Rinuccinae tegula cum corpore M. reperto in coem. Cyriacae.

Valeri. (1)

2

Romae e coem. Cyriacae ad tumul. martyris.

Victor ☧ qui vixit anno IL. depo-
situs VIIII. kal. maias uxso [sic] et filii beneme-
renti fecerunt. (2)

3

Romae e coem. Lucinae ad loc. martyris.

Victor qui vixit annis XXXVI.
in D. pace. (3)

4

In S. Mariae transtib. e coem. Callisti cum vase sang.

Victor V. kal. nov. dep. (4)

5

E coem. Calepodii cum vase cruento.

In pace defunctus Vere-
cundus natus in urbe
Roma annos IXV. (5)

6

E coem. Praetextati ad tumul. mart.

Victori beneme-
renti qui vixit an-
nis N. XIII. menses X. (6)

7

Tridenti in coem. eccl. cathedralis in arca marm. quae sita olim fuit in ara principe.

Suscipit adlethas animas Domino dare laetas.
In virtute crucis terit idola praeco salutis.
Pro fidei zelo moriens fruitur modo caelo.
Ad patris exequias currunt populi venerandas.
Obsequio turbae propria sepelitur in urbe.

8

Paulne in oratorio Ioh. Baptistae Catalani lapis cum lipsanis S. mart. e coem. Thrasonis A. 1736.

Vitalini merenti in P.
Vixit annis VIIII. M. VIIII.
D. XVII. par. fec. dep. IIII. k. mar. (7)

9

E coem. Urbis A. 1656. cum calice sanguineo.

Vitalio in pace
an. III. diebus V.
parentes fecerunt
merenti. (8)

(1) Gor. T. III. p. 355. n. 28.

(2) Sic in schedis sacrar. pont. Boldett. p. 5¼. et Mur. p. 1957. 1. habent *vixit LV. VIIII. kal. maias uxor fecit benemeren.*

(3) E schedis sacrar. pont.

(4) Boldett. p. 716.

(5) Boldett. p. 404; Mur. p. 1954. 4.

(6) Marang. act. S. V. p. 109; Mur. p. 1986. 8.

(7) Marang. act. S. V. p. 83; Mur. p. 1959. 2.

(8) E schedis sacrar. pont.

1

Romae in eccl. S. Aegidii Virginum carmelit. discalceat. corpus S. M. Verissimi e coem. Priscillae.

M. Virissimus qui vixit
annos LII. quesquet in pace. (1)

3

E coem. via Salaria ad tumulum mart. In ipso lapide sculptus cernebatur culter, pecten, aliudque ferreum instrumentum.

Vitalianus qui vixit ann.
XIII. et men. IV. Parentes
filio benemerenti.
Sepultus est IV. kalendas
novembr. (3)

5

Florentiae in sacello domus Rinucciniae. corpus S. M. Victorini e coem. Cyriacae cum tegula inscripta.

Victorini (5)



2

E coem. S. Agnetis ad tumul. martyris.

Victorinu in pace. (2)

4

E coemet. Urbis A. 1656. cum ampulla sanguinis.

Vincentio ☧ (4)

6

Turonis in cathedrali cum corpore mart. e coem. Cyriacae sub Alex. VII. P. M.

Flaviis Lupicino et Iobi-
no conss. VII. idus iunias
decesset de seculum
puer Victorinus qui
bixit annus XXXVII. M. X.
D. X. et cum uxsore
fecit anus II. M. III.
DP. V. idus iunias vene-
merenti in pace. (6)

7

Florentiae apud Aringios in sacello cum corpore S. M. reperti in S. Cyriacae.

☧ Vitalissimo benemerenti
im. (sic) P. qui vixit ann. XXV. pr. non. ian. (7)

8

Vitalis mart. et S. Martialis et S. Alexandri.

Dum peritura Gethae posuissent castra sub urbe,
Moverunt sanctis bella nefanda prius.
Istaque sacrilego verterunt corde sepulchra
Martyribus quondam rite sacrata piis.

(1) Boldett. p. 431.
(2) Boldett. p. 494.
(3) Aring. T. I. p. 333; Reines. cl. XX. n. 224; Fleetw. p. 504.
(4) E schedis sacrar. pont.
(5) Gor. T. III. p. 355. n. 29.
(6) Mur. p. 384. 2. ponit e coem. Callisti ex Mabill. V. Euseb. epist. de cultu SS. ign. p. 27; Mabill. suppl. ad diplom. p. 15.
(7) Boldett. p. 342; Mur. p. 1959. 5. ex Gorio T. I. p. 311. n. 52.

Quos monstrante Deo Damasus sibi papa probatos
Affixo monuit carmine iure coli.
Sed periit titulus confracto marmore sanctus,
Nec tamen his iterum posse latere fuit.
Dirnta Vigilius nam mox haec papa gemiscens,
Hostibus expulsis, omne novavit opus.

1

Amiterni in concha marm.

Iubente Deo Christo nostro
sancto marturi Victorino
Quodvuldeus epis de suo fecit.

2

Romae in coem. viae Appiae calci inscriptum.

Ulvasio
marturi. (1)

3

Bononiae in S. Stephani, ingens tabula apposita fronti arae inscriptae D. Nicolao, numeri additi posteriore manu, XIII. vel XIV. saeculo.

CCCL XXXII
Beatis-
Pavo si ✝ mo *Pavo*
martire Vitale. (2)

4

R. in coem. Callisti ad tumulum martyris ex opere vermiculato.

☧ Upi coiuci Binimiain in pace. (3)

5

E coem. S. Agnetis ad loculum mart.

Urbicus Alexandro fratri
karissimo in pace. (4)

6

In sacrario privato Abbatiae pontifarae cum corpore S. martyris Ursini.

Ursinus cum coiuge Leontia
vixit annis XX. M. VI. et fuit
in saeculo annis XLVIIII. M. IIII.
D. III. kal. iun. (5)

7

E coem. Callixti ad tumulum martyris.

Ursulo. in. pace. D. P. V. idus. septemb. (6)

(1) Bosius p. 196.
(2) Petraccus p. 312. valde antiquam existimat, omittitque notas numerales.
(3) Aring. T. I. p. 336. Lege *Binimia in pace.*
(4) E schedis sacr. pont.
(5) Boldett. p. 113, ex Mabillon. de SS. ign. p. 44.
(6) Boldett. p. 477.

1

E coem. S. Hermetis cum amp. sang.

Ursinus. (1)

2

Altavi in Hernicis reperta est capsa plumbea, in qua haec erant incisa.

Hic reconditu ē corpus S. Xisti
PP. Pim. et mr. (2)

3

E coem. Urbis A. 1658. ad tumulum martyris.

Ursi in pace. (3)

4

E coem. Callisti cum vase sang.

Gosimu in pace. (4)

5

In Tusculano Passioneii e xenodochio S. Ioh. Calybitae iuxta pontem insulae tiberinae in medio frontis arcae marmoreae.

✝ Hic requiescunt corpora
scorū martyrū Yppoliti,
Taurini, Herculiani, atq.
Iohanis Calibitis.
Formosus eps
condidit. (5)

6

Tibure bonis litteris et magnae antiquitatis repertus lapis una cum corpore S. Zotici sub ara principe eccl. Carmelitarum.

✝ Hic requiescit Zoticus martir. (6)

Ibique reperta etiam sequens inscriptio non ita affabre sculpta, et certe sequioris aevi.

✝ Hic requiescit Zoticus mār.

7

Romae apud praef. sacr. pont. e coem. Cyriacae ad tumulum martyris.

Hilara coniu . . . .
benemerenti . . .
fecerunt qu . . . .
minus XXXV. e . . .
in pace . . . .

8

Corneti in effodienda humo sub ruderibus veteris ecclesiae dirutae reperta arca marmorea, in qua ossa plurimorum martyrum sub hoc elogio in lamella plumbea.

✝ Ece depoita
sunt hic corpo-
ra sanctorum
se VI. mar. (7)

9

En me purpureo decoravit sanguine xps,
Magna qui domuit mortis virtute canam.
Morte sua Dnus detraxit fauce draconis

(1) Marang. act. S. V. p. 121.
(2) Cod. Donii p. 559. a Turrigio.
(3) E schedis sacrar. pont.
(4) Boldett. p. 475.
(5) Passion. inscr. p. 121. 6; Grut. p. 1055. 6; Fleetw. p. 413. aliique.
(6) Exscripsit Lupius.
(7) Boldett. p. 682.

Praedam quam dudum frangendo dente tenebat.
Isto vos fidei signo munite fideles
Quo xps sancta dnus nos morte redemit.
Sanguine me proprio roboravit mundi creator,
Vincula qui mortis fregit tartarea potens. (1)

1

*

Sanctorum quicumque legis venerare sepulchrum.
Nomina nec numerum potuit retinere vetustas.
Ornavit Damasus tumulum, cognoscite, rector.
Pro reditu cleri xpo praestante triumphans
Martyribus sanctis reddit sua vota sacerdos. (2)

2

E coem. Lucinae cum phiala sanguinea.

A☧Ω



Cumpari suo Bonifatia volu-
it fieri benemerenti in pace
qui vix. plus minus annus ❦ XXXX.
et fecit cum cupare sua ❦ annus ❦ XXII
dipositus ❦ IIII. kal. ❦ maias. (3)

3

Romae in basil. vaticana in basi columnae marmoreae.

LOC. MA. C.CLVIIII. INC. (4)

4

E coem. Callisti cum vasculo sanguineo.

Flavius Lupicus filio suo
In pace que vix. an ef $\overset{ne}{\text{mi}}$ XI. (5)

5

E coem. Urbis ad loculum martyris litteris rubricatis.

. . . oso bene meren-
. . . ace qui vixit ano
. . . ed meo IIII. ed. di. XX.
*Ga*udioso beneme-
. . . *re*nti filio in pace
. . . qui vixit ann. *vdi*
. . . ed. meses V. (6)

(1) Grut. p. 1168. 6. ex cod. pal. (p. 48.) Fleetw. p. 531.
(2) Grut. p. 1171. 3. ex cod. pal. (p. 59.) Saras. op. S. Dam. carm. XXII. Merend. carm. XVI. aliique.
(3) Boldett. p. 389; Mur. p. 1844. 10.
(4) Aring. T. I. p. 24. et Bos. p. 33. legunt *locus martyrum CCLVIIII. in Christo.*
(5) Boldett. p. 398.
(6) E schedis sacr. pont.

1

Praetermissa p. 370.

Veronae in S. Mariae vulgo della Fratta, *sub mensa altaris in lamina plumbea detecta A.* 1706.

✝ A. D. O. C. CIII. ic. requiescit Kibertus in pace
quixit XLII. et ic passus
est mortem II. idus
agusti pro Christi nomine. (1)

2

Praetermissa p. 374.

Plumbea lamina inventa A. 1520. *in arca S. Demetrii in, ecclesia abbatiali S. Laurentii in campo in Umbria.*

H. R. Q. E.
S. C. P. S.
D. M. ✝ I. (2).

3

Item praetermissa p. 374.

Diza dep. XIIII. kal. maias
in pace. (3)

4

E coem. Callisti.

Αὐρ. Ἀγαθι Νερυς
abe. (4)

5

Mileti.

Καὶ τοῦ ἁγίου μάρτυρος
Ὀνησίππου. (5)

6

Romae in mus. vaticano.

Τόπος Φιλημονις. (6)

7

Romae apud praef. sacr. pont. e coem. Cyriacae cum cum vase sang. litteris clavo ductis.

Πολυ
Πολυχρονιν
ἐνθάδε κεῖτε

8

E coem. Lucinae ad tumulum martyris.



Γρηγορι. (7)

9

E coem. Pontiani.

Στερκορι. (8)



10

Bononiae in typographio e coem. Cyriacae cum vasculo sanguinis.

Πατρικι ☧
ἔζησεν ἔτη ξγ. (9)

11

Rom. in mus. vat. e coem. S. Agnetis.

Τερεντειανοῦ
ζη. (10)

12

E coem. s. Hermetis.

Ἐν εἰρήνῃ κοιμησεις
Μοδέστου. ☧ (11)
Δ

(1) Edidit Mur. T. V. AA. med. aev. p. 55. Muratorius legit *Dei* pro *Christi.* Corsin. post N. G. p. 47; Lamius notit. flor. A. 1749. p. 53. ubi de martyribus sub Langobardis. Kibertus martyr Veronae A. 703, uti Marinium docuit canonicus Dionysius.

(2) In scheda Marinii hae interpretatio est: *hic requiescit corpus pretiosum sancti Demetrii martyris thessalonicensis inclyti.*

(3) E schedis sacr. pont.

(4) Marang. amph. Fl. p. 78.

(5) Spon. itin. T. III. p. 161.

(6) Oderic. diss. p. 27.

(7) E schedis sacrar. pont. Exscripsit Lupius.

(8) Boldett. p. 377.

(9) Boldett. p. 479; Placentin. p. 133, Mur. p. 1921.

(10) E schedis sacrar. pont.

(11) Marang. act. S. V. p. 74; Placentin. p. 25; Lup. p. 102. Mr. — Malim legere κοίμησις. — A. M.

10

E coem. urbis ad loculum martyris.

Ζωσιήιων
ἔζησεν ἔτη λ
ἐτελεύτησεν
ἡμέρα πέμπτῃ. (1)

11

Prati in sacello collegii Cicognini cum ossibus S. M. et vase sanguinis e coem. Cyriacae.

Πίστις τῷ εἰδίῳ
ἀδελφῷ μνημιων
ἀνέθηκεν

12

Romae apud praef. sacr. pont. e coem. Calepodii cum vase sang.

. . . ος ἐτῶν η
. . . ενθε ω–
. . . ισε μνη–
. . . ενθε ω ε (2)

1

E coem. Callisti

Κιρινις. (3)

columbae duae, et quatuor palmae

2

E coemet. Callisti cum duabus ampullis.

Λουκι. (4)

3

E coem. Saturnini.

Ιϛ Ὀκστάκιος. (5)

4

Urbini in palatio ducali e coem. D. Helenae.

Ἅγιος Θεοσεβὴς
Εὔτροπος ἐν ἰρήνῃ
υἱὸς ἐποίησεν Κ. προ. Ι. Κ. σεπ. (6)



5

Velitris in aedibus Borgianis cum ossibus S. mart. repertis in coem. Priscillae.

Ἐνθάδε κῖτε Ζώσιμος
διδάσκαλος ἐτῶν νη.
εἰρήνη σοι ητω. (7)

6

Catinae apud religiosos Dominicanos cum ampulla sang.

Ἔζησεν Μαρτίριος
ἔτη εἴκοσι δύω.
εἰρήνῃ σόι ☧ (8)

7

Tabula reperta in coem. Callisti cum ampulla sanguinea et dono data cum reliquiis mart. Petro Ottobono Card. a quo habuit Carlotta regina Galliarum.

Εὐψύχι Ὀνήσιμε
οὐδὶς ἀθάνατος
(ὑ)πὲρ γες. (9)

(1) E schedis sacrar. pont. Ego marinianam schedam sic explico vel reformo. — A. M.

(2) Indidem.

(3) Aring. T. I. p. 336; Reines. cl. XX. n. 286; Fleetw. p. 381.

(4) Boldett. p. 479.

(5) Arr. T. I. p. 333; Reines. cl. XX. n. 65; Fleetw. p. 396. Lege ἱερός Εὐστάθιος.

(6) Fabrett. p. 588., quem vide; Corsin. p. 33; Euseb. rom. ep. p. 14; Mamach. T. III. p. 233.

(7) Marang. act. S. V. p. 73, Mur. p. 1964. 9. habent ϖνω; Corsin. p. 26.; Bold. p. 571.

(8) Mur. p. 1910. 3.

(9) Ita mendose, ut ceterae. Mur. p. 1918. 10.

CAPUT VIII.

EPITAPHIA MARTYRUM MULIEBRIS SEXUS.

1

E coem. Callisti ad loculum martyris.

Agape in pace. (1)

2

Romae in coem. Callisti ad loculum martyris.

X Acusta XX. (2)

3

Urbaniae in sacello gentis Matarotiae, tabula effossa in coemeterio Thrasonis cum ampulla sanguinis.

D. M. S.
Dominae merenti et bene viventi Acaulae
Caramantiae coniugi suae quae vixit annis
N. XXV. Val. Iulianus coniucae dulcissimae posuit. (3) 

4

Romae in coem. S. Agnetis ad loculum martyris.

Aelia Aurelia quae
bixit an. XIII. M. XI.
D. XXVI. in pace. (4)

5

E coem. Priscillae ad tumulum martyris.

Venerius coniugi Aelie
Tigridi que vixit me-
cum an. XXVIII. bnm. fecit. (5)

6

E coem. Priscillae cum ampulla cruenta. A. 1665.

B. D. M.
Aelianae dulcis anima
que vixit ann. tribus M. III.
dies XVIIII. horas duas. (6)

7

Romae apud ab. Troiettum ex coemeterio S. Saturnini ad loculum martyris.

Amaionae matri dulcissi-
mae Victoria filia fecit.
E ó ius ò mater ò vixit ò an. *sic*

8

E coemeterio Callisti ad tumulum martyris.

Mire pudice casteq.
compari Aelianeti
que. vix. an. X. M. VIII. D. I. ☧ (7)

(1) E schedis sacrar. pont.
(2) Indidem.
(3) Marang. A. S. V. p. 83; Mur. p. 1819. 4. Sic Marinius habuit ab amico Lancellotto. At in edd. variat.
(4) E schedis sacrar. pont.
(5) Marang. res ethn. p. 453.
(6) E schedis sacrar. pont. Fabrett. p. 576. n. 157. e schedi. chisianis.
(7) Bold. p. 385.

1

Velitris in mus. borgiano e coemeterio Thrasonis, ad tumulum martyris.

*Ae*miliae Victorcae coniugi
*ca*stissimae et inconparabili feminae
*qu*ae vixit anuis LXIC· M· III. et in coniugio
*pe*rseveravit annis XXXVII. M. VIII.
Tremelius Fortunatus maritus. (1)

2

E coem. Cyriacae ad loculum martyris ingens tabula reperta A. 1791. nunc Clarii in cathedrali.

Agapeni benemerenti quae vixit annos plus minus
XXVI. Ꝗ Q· Ꝗ fecit cum marito ann. IIII. Deposita
in pace XVII. kal. sept. Ꝗ Fl. Ꝗ Stilicone VC. conss. (2)

3

Romae.

Inclita vota suis adquir . . . praemia laudis
Dum perfecta micant mente fide meritis.
Virginis hoc Agne clauduntur membra sepulchro,
Quae incorrupta tamen vita sepulta tenet.
Hoc opus argento construxit Honorius amplo
Martyris et sanctae virginis ob meritum· (3)

4

E coem. urbis ad tumulum martyris.

Albinae quae vixit annos XIV. menses III.
Decessit in pace benemerens. (4)

☧

5

E coem· Thrasonis cum vase sanguinolento, est Anagniae in ss. Cosmae et Damiani·

Anna que vixit ann. XVIII. M. III.
dies XVIII. B. M. ☧ in pace. (5)

(1) Marang. A. S. V. p. 81· *Victoriae*; Mur. p. 1821. *Victorinae*.

(2) Morcell. opusc. inscript. miscell. antiq. inscr.

(3) Ex cod. closterneoburg. saec. XI.

(4) E schedis marinianis.

(5) Marang. A. S. V. p. 89; Mur. p. 1827. 5.

1

Catini in Sabinis e coem. Cyriacae cum ipso corpore S. M. Amantiae.

Amantiae coniugi dulcissimae bene
merenti dum vixit ann. XXXV.
M. VI. D. VIII. dep. ☧ VI. id. dec.
in ☧ pace. (1)

2

Iaderae in S. Petri in arca lapidea, in qua corpus S. Anastasiae V. et M.

In nomine sanctae Trinitatis hic
requiescit corpus beatae sanctae
Anastasiae. De donis Dei et sanctae
Anastasiae Donatus peccator epi-
scopus fecit. Deo gratias. (2)

3

E coem. Callisti cum ampulla sanguine respersa.

Antonia an-
ima dulcis
in pace ti-
bi Deus
refrigerit. (3)

4

E coem. S. Agnetis ad loculum martyris.

Aquilia vixit annis
dece et octo it ø fecit
cum maritu benu
et menses duo et diis. (4)

5

In coem. Priscillae ad tumulum martyris.

Aretusa. (5)

6

E coem. Urbis A. 1658. cum ampulla sanguinis.

Artemia. (6)

7

Anagniae in ecclesia virginum vulgo de charitate cum corpore M. Aufeniae reperto in coemeterio Thrasonis. Litterae et imago orantis feminae auro infectae sunt.

Anima dulcis Aufenia virgo
benedicta que vixit an. XXX.
dormit in pace. (7)

(1) Bold. p. 542; Mur. p. 1825. 5.

(2) Ughell. T. V. p. 1421.

(3) Bold. p. 418. Blanchinius H. Q. T. I. part. 2. p. 199. et 200. multa disserit de vase sanguineo, quae legere operae pretium erit.

(4) E schedis sacrar. pont.

(5) Indidem.

(6) Indidem. Vide Bolland. T. II. inl. p. 331.

(7) Ex epistola episcopi anagnini ad Ben. XIV. P. M. Marang. A. S. V. p. 88; Mur. p. 1833. 11.

1

In pavimento ecclesiae S. Mariae transtib. e coem. Callisti ad tumulum martyris.

Aurelia Aproniana que vixit annis
XXI. menses V. dies XVIII.
Fecerunt sorores benemerenti in pace. (1)

2

In coem. Callisti ad loculum martyris.

Aurelia Concordia. (2)

3

E coem. S. Helenae ad loculum martyris.

Aurelia Suryna. (3)

4

Romae in coem. ss. Thrasonis et Saturnini A. 1731. epitaphium inventum cum cruento vasculo.

Auguste in †
bono refrige-
geres dulcis. (4)
☧

5

Velitris in museo borgiano e coemeterio Thrasonis cum vase sanguineo, pessimis litteris.

Aurelieti
Lumeneti
Flavius Terentius
coniugi suae. (5)

6

E coemeteriis Urbis cum vase sanguineo.

Aurelia Austina cuquen (sic) vixit ann.
XXVIII. te in pace. (6)

7

E coem. Thrasonis cum ampulla sanguine madida.

Aurelia
Felicissima
que vix. annis
XXX. D. XIIII. kal.
oct. (7)

8

Romae in sacello S. Aloysii Gonzagae collegii romani cum corpore S. M. Candidi reperto in coem. S. Hermetis, cuius tumulus duobus calicibus sanguinolentis distinguebatur. Litterae minio infectae.

☧ Candidus ☧
☧ coiugi sui ☧
☧ Belline (8) ☧

(1) Bold. p. 409. qui habet *Aulelia*. — De *l* pro *r* disputavi ad Cicer. de rep. lib. I. 5. — A. M.

(2) E schedis sacrar. pont.

(3) Bold. p. 488.

(4) Exscripsit Lupius et edidit p. 11; Mur. p. 1834. 1; Marang. A. S. V. p. 80; Gor. symb. flor. III. 126.

(5) Marang. A. S. V. p. 100; Mur. p. 1835. 4.

(6) E schedis sacrar. pont.

(7) Marang. A. S. V. p. 99; Mur. p. 1834. 6.

(8) Marang. A. S. V. p. 121; Lup. p. 53, qui exscripsit; Mur. p. 1849. 7. et 1318. 11; Lup. op. posth. T. I. p. 76. 173. 237.

1

Romae e coem. Callisti ad loculum M. Aureliae, cuius lipsana cum ipso lapide asportata Florentiam, iacent in eccl. S. Luciae Magnolorum.

. . Aureliae ɕ Agape . . (1)

2

E coem. Cyriacae cum ampulla sanguine aspersa.

Aur. Dionysius Aureliae
Surine coniugi benemerenti
in pace. (2)

3

E coem. Priscillae cum vasculo sanguinis. A. 1665.

Aurelius Hermaiscus Aureliae
Severe coniugi benemerenti
cum qua vixit annum et
menses X· titulum posuit. (3)

4

E coem. Urbis ad loculum mart.

Benedicte in que vext (sic) (sic)
an. XIII. (4)

5

E coem. Urbis cum vase sanguineo.

Benedicte
in pace. (5)

6

Romae apud cardinalem Zeladam e coemeterio Urbis cum ampulla sanguine aspersa, litteris minio tinctis.

Aurelia Irene
annis vixit XXV.
merenti coniugi.
O

7

Romae e coem. S. Agnetis ad loculum martyris.

Aurelia Victoria. (6)

8

Romae in S. Bibianae in ara maiori, lamella plumbea reperta in conditorio ipsius sanctae.

✝ Bibian· virg. (7)

9

Ad tumulum martyris in coem. Urbis.

Benerosa
benemerenti par-
entib. desiderantis.
Anucla Taetrium. (8)

10

Romae apud Boldettum e coem. Gordiani cum vasculo cruento litteris in serrae modum asperis.

Bibia Bitalis. (9)

(1) Gor. T. I. p. 461. n. 29.
(2) Bold. p. 55; Mur. p. 1837. 5.
(3) E schedis sacrar. pont. Fabrett. p. 550. n. 20. e schedis chisianis.
(4) E schedis sacrar. pont.
(5) Indidem.
(6) Indidem.
(7) Bold. p. 701.
(8) E schedis barberiniis.
(9) Ita legendum videtur apud Lupium p. 62. qui eam exhibet. Boldettus legebat *Vera Vitalis.*

1

Romae in hortulo canonicorum S. Mariae transtib. reperta A. 1729. in coem. Gordiani cum vase cruento.

Argentillus Benerose cq.
in pace. ☧ (1)

2

Florentiae in sacello senatoris Ginorii cum lipsanis S. Venerosae e coemeterio Priscillae.

Benerosa in pace
quae vixit an. XXXV.
D. II. (2)

3

Anagniae e coem. Thrasonis ad loculum martyris litteris miniatis, in ss. Cosmae et Damiani.

Puellam Bibi-
A. N. E. T. M. A. N.
N. XII. defun-
cta. (3)

4

Romae post sacrarium S. Mariae transtib. in sacelli pavimento. Fuit ad tumulum martyris Victorinae in coemeterio Cyriacae.

Bictorina in
pace et in ☧ (4)

5

Gentiani in maiore ecclesia cum corpore martyris Vincentiae reperto in coemeterio Helenae A. 1689, et ducissae Caesariniae donato a card. Caspare Carpineo.



Bincentia
in pace. (5)

6

Bononiae sub ara maxima ecclesiae PP. Cartusianorum cum sacris lipsanis martyrum.

Cantabria
Serena
Constantia
bona femina
que vixit ann. XXXVIIII.
M. III. dies VII. (6)

7

Romae apud praef. sacrar. pont. reperta cum vase sanguineo in coemeterio Calepodii ingens tabula.

ne
Calemera deposita III. idos decembres.

(1) Lupius p. 134. Porro cq. lege cesquenti. — A. M.

(2) Gor. T. III. p. 356. Dictio *in pace* latet in monogrammate.

(3) Marang. A. S. V. p. 92; Lup. p. 71, sed hic habet XXII; Mur. p. 1843. 2. — Lupius intelligit *Bibianetem*. — A. M.

(4) Bold. p. 318.

(5) Tradita Marinio ab amico.

(6) E schedis Marinii.

1

E coem. Calepodii ad loculum martyris.

Surrentius T
sic
Bincentce coniuci
que b·an. XX. D. XX.
X. k. ian. (1)

3

Pistorii in cathedrali corpus S. Bonifacii M. repertum in coemeteria Priscillae donoque missum cum lapide municipibus suis a card. Iulio Rospiliasio A. 1661.

D. P. Bonifa-
tias. (3)

5

Romae e coem. Cyriacae ad loculum martyris.

Bonosae benemeren-
ti in pace. (5)

7

E coem. Callisti ad tumulum martyris. Extat modo Anagniae in parthenone ss. Cosmae et Damiani.

Candida
in pace bixit — *Columba cum arbore.*
sic
anuos V·
et meses XI. ☧ (6)

2

E. coem. Callisti cum ampulla sanguine tincta.

Bonifatia
quae vixit
anis III. M. VI in
pace. (2)

4

E coem. S. Hermetis ad tumulum martyris.

Calumera ☧ in pace. (4)



6

Romae apud praef. sacr. pont. in tegula reperta ad loculum martyris, pessimis litteris quae incertam lectionem reddunt.

Brumassa ☧
D. M.

8

E coem. Gordiani cum vase sanguinis. Est Anagniae in ss. Cosmae et Damiani.

Spiritum Ca-
prioles in
pace. (7)

Imago capri.

9

Tolosae apud PP. augustinianos cum corpore S. M. Iuliae Roma misso e coemeterio Callisti.

D. M.
Iulia Evodia filia fecit
Castae matri et bene merenti
quae vixit annis LXX. (8)

(1) E schedis sacrar. pont.
(2) Bold. p. 365.
(3) Zachar. excurs. litt. T. I. p. 4. et in paralipom. ad T. Fl. Clem. tumulum in T. 33. Calogerà p. 411. legit *depositus Bonifatius.*
(4) Marang. A. S. V. p. 122; Lup. p. 53. Pelliccia T. III. p. 221.
(5) E schedis sac. pont.
(6) Bold. p. 366. Est in epist. episcopi anagnini ad Ben. XIV. P. M.
(7) Marang. A. S. V. p. 102; Mur. p. 1849. 5.
(8) Bold. p. 115, qui de ipsa disserit.

1

E coem. Thrasonis cum vase sanguineo. Est Anagniae in SS. Cosmae et Damiani.

Deposione Castes
sic
IIII. idus febrarias
anorum XXXVI. et meses
S VI. (1)

2

In eccl. monasterii S. Georgii Villingae cum ampulla vitrea, et corpore Roma allato.

Coiugi dul-
cissimae
Celestine
que bixit an.
sic
XXX. in pacae. (2)

3

In ecclesia monasterii Bantini dioeceseos Acherunt. corpus S. M. Castoriae cum epigrammate detecto in coemeterio Callisti A. 1749.

D. P. Castores XII. kal. aprilis
quae vixit ann. XXXq. (3)

4

E coem. S. Basillae in calce ad loculum martyris.

Constan
tia

Constantia virgo in pace neofita. (4)

5

Florentiae in sacello marchionis Rinuccinu e coemeterio Cyriacae cum corpore martyris reperto sub Alexandro VII.

Celasia ☧ (5)

6

E coem. Priscillae cum ampulla sanguinea.

☧
Cerviola in pace. (6)

7

E coem. S. Agnetis detecta ad loculum mart. A. 1682.

Claudiae Secundinae filiae
in pace. (7)



(1) Ex epist. epi anagnini ad Ben. XIV. P. M. p. 18. n. 76; Marang. A. S. V. p. 81; Mur. p. 1850. 1.

(2) Gerbert. iter germ. p. 219.

(3) Marinius vidit in schedis sacr. pont. in quibus dicebatur inventus lapis in coem. S. Agnes.

(4) Lup. p. 116; Marang. A. S. V. p. 123; Mur. p. 1853.

(5) Gor. T. III. p. 355. n. 26.

(6) Bold. p. 403.

(7) E schedis sac. pont. Bold. p. 375.

1

Romae in coem. Callisti cum vase sanguinis.

Tatacentiae anime innocenti
que vixit annis ☧ quinque menses X.
dormit in pace VI. kal. ien. (1)

2

E coem. Praetextati cum ampulla sanguinolenta.



❦ Claudiae ❦
❦ Zoe ❦
filiae ❦ karissimae.
Vixit ❦ annis XVI. ❦
❦ virgo ❦ (2)



3

E coem. Calepodii ad loculum mart.

Casta DP. VIIII. id. nov. (3)

4

E coem. Cyriacae ad loculum mart.

Crescentia. (4)

5

Romae e coem. S. Alexandri ad loculum martyris.

Corneliae Rufinae
Cornelia Ingenua
matri dul. B. M. F. (5)

6

Florentiae apud Rinuccinios reperta in coemeterio ss. Abdon et Sennen cum vasculo cruento.

Crispina in pace. (6)

7

Pistorii in ecclesia PP. societatis Iesu cum corpore S. Constantiae reperto in coemeterio Ostriano cum ampulla sanguinis.

Nimium cito decidisti
Constantia mirum
pulchritudinis atque
idonitati (sic) quae vixit annis
XVIIII. men. VI. die XVI.
Constantia in pace. (7)

8

Romae e coem. S. Agnetis ad loculum martyris.



Cosstantia (sic) Marcellae
Gregorius fecit. (8)

9

Romae e coem. Priscillae cum ampulta sanguinis, die 14. feb. 1665.

Crescentia in pace. (9)

(1) Fabrett. p. 553. n. 39. Lege *Tata Cantiae.*
(2) E schedis sac. pont. Marang. A. S. V. p. 129; Mur. p. 1852. 5.
(3) E schedis sac. pont.
(4) Indidem.
(5) Indidem.
(6) Indidem.
(7) Aring. T. I. p. 333; Fabrett. p. 254. n. 58; Fleetw. p. 377; Reines. cl. XX. p. 278; Zachar. exc. litt. T. I. p. 3. — Puto legendum *bonitatis*, ut est in alio simili lapide christiano, quem vidi in atrio iuliano. — A. M.
(8) E schedis sacrar. pont.
(9) Indidem.

1

Romae in bibliotheca vaticana reperta ad tumulum martyris in coemeterio Cyriacae.



sic
Constantihe coiugi bene merenti
quae vixit ann· XXX· men. XI. dis. XIII.
Iustinus in pace.

2

In coem. S. Agnetis cum vasculo sanguinis: tabulae infixi erant duo nummi, maximi moduli Iuliae Augustae initio secundae lineae, minimi in medio tertiae, post syllabam Fa *vocis* Faentino.

sic
Crhysogeniae benemerenti coniugi
que vixit annos XXV· Faentinus que vixit
cum Fa⊗entino annos VIII. coiugi be-
nemerenti fecit. (1)

3

E coem. Urbis die 27. apr. an. 1656. cum ampulla sanguinis.

Crispina
Iul. Crispinae fil. innocentissi-
me Q. V. M. VIIII. D. XXVII.
Iulius pater contra votum posuit. (2)

4

Toffiae in Sabinis in S. Laurentii, lapis cum lipsanis S. martyris depositis sub ara maxima, erutus e coemeterio Priscillae, et testamento legatus ab Svecorum regina Christina, cui dono dederat Alex. VII. pont. max., F. R. Francischetto toffiensi ord. carmelit. ipsius reginae a confessionibus.

Xstina. PE· XII. (3) ☧

In parte postica.

Sentiae Acteni coniugi
sic
cariccimae et bene meren-
*t*i et filius matri pientissim-
*a*e et sibi suisque libertis liber-
*t*abusque posterisque eorum.

(1) Bonarot. numism. p. 421.

(2) E schedis asc. pont.

(3) Misit ad Marinium Amadutius an. 1786. cuius epistolam legi inter schedas marinianas. Loci eius presbyter litteras *PE. XII.* ☧ explicabat *passa est duodennis pro Christo*, quod neque Amadutio neque Marinio satis probatur. — A. M.

1

E coem. Callisti ad loculum martyris.



Cristina dulcis. (1)

2

E coem. S. Helenae cum ampulla cruore plena.

Decentia in pace. (2)

3

E coem. Priscillae cum vasculo cruore pleno.

Ilarinus Cyrilliae coing.
sue venemerenti
que vixit mecu
annis XII. posuit. (3)

4

Romae in museo card. de Zelada e coemeterio Callisti lapis repertus cum ampulla sanguinolenta.

Aur. Leontius
Damaleti
uxsori sue
posuit. (4)



5

E coem. S. Agnetis ad loculum mart.

Crysidis ϭ (5)

6

E coem. Callisti cum vasculo cruento.

Domitia in pace. (6)

7

E coem. Cyriacae cum ampulla cruore tincta.

Cuzabia que vixit annos XXVI.
benemerenti in pace. (7)

8

Romae in porticu S. Mariae transtib. e coemeterio Cyriacae cum calice sanguinolento.

Diogeniae filiae
bonae quae vixit
annos sex M. X.
Diogenes pater infelix. (8)

9

Velitris in museo borgiano e coem. Urbis, litteris rubricatis.

Damas Domi-
tiae coiusi (sic)
benemerenti
dulcissimae ti-
tulum posuit.

10

Mediolani inscriptum vasculo rotundo reperto cum SS. MM. lipsanis a divo Carolo Borromaeo sub ara principe basilicae Apostolorum.

Daedalia vivas in Christo. (9)

(1) E schedis sac. pont.
(2) Bold. p. 488.
(3) Marang. res ethn. p. 454.
(4) Mur. p. 1838. 3; Marang. A. S. V. p. 118.
(5) E schedis sac. pont.
(6) Bold. p. 475; Bottar. R. S. T. III. p. 117.
(7) Bold. p. 481.
(8) Bonarot. vitr. p. XIX; Bold. p. 381. Alii habent *Diogenia*. Porro, inquit Marinius, quis credat christianum virum se appellasse infelicem patrem filiae martyris?
(9) Carolus a basilic. P. in vita S. Caroli lib. V. p. 197, et fragm. hist. Mediol. p. 3.

1

Romae in colle quirinali ad limen ostii VI. palatii familiae pontificalis, quod respicit ecclesiam S. Andreae, in prima contignatione, lapis repertus A. 1656. *in coemeterio nescio quo ad loculum martyris.*

D
F. Decimianeti alumne que bixit ann.
XXII. et M. III. dies XX. benemerenti. (1)

2

E coem. Lucinae ad loculum martyris.

Decembrine matri carissime
in pace. (2)

3

In Tusculano Passioneii e coem. SS. Petri et Marcellini cum ampulla sang.

Benemerenti in PC. Donate
Q. vix. an. PL. M·L. (3)

4

E coem. Praetextati ad loculum mart.

XX. maii Δαϕα σοφιστα DP. (4)

5

E coem. S. Helenae ad tumulum mart.

Elianeti I.P. qui vixit annis XXIIII. (5)

6

E coem. Thrasonis ad tumulum martyris.

M. Aprilis
sorori merenti
Dianesi Q. V. an. XXXV.
M· VIII. D. IIII. id. aug. (6)



7

Romae in coem. Praetextati ad loculum martyris.

Eucarpia dormis in pace. (7)



8

E coem. Callisti vel Cyriacae, cum ampulla sanguinea.

Evemera in pace. (8)



(1) E schedis sacr. pont. Gud. p. 367. n. 4.
(2) Bold. p. 389.
(3) Passioneius p. 180. 8.
(4) Sic ambiguam scripturam legebat Suaresius.
(5) Bold. p. 487.
(6) Marang. A. S. V. p. 89; Mur. p. 1830. 8.
(7) Oderic. p. 176. In regesto sacr. pont. dicitur inventa inscriptio in coemeterio Priscillae an. 1755.
(8) Bold. p. 360. et 484.

1

Romae in coem. Urbis ad loculum martyris.

Idus nob. dep. Eufrosinetis quae vix. ann. XVII.
et M. VIII. D. XVII. (1)

2

In Hispania apud municipium Uciense, hodie Marmoleios, *tabula reperta an. 1544, postea delata in usum arae in eccles. S. Pauli coenobii PP. Dominicanorum.*

E . . . aliis vi vox quoque nostra
Victrix et turbas carnis post ire sopitas
Genu . . . peragens truculentum
Excl . . . . risque fecunda
Nobis hic c . . . . ebis surripire tentat.
In celo dehinc merita per secula vigens
Adiuncta pollet curie sanctorum in arce
Mercede pulso rutili sub sole coruscat
Ambiens sacri gloriam de mercede cruoris
Rex tribuit cui coronam per secla futura.
Tu itaque nutibus martyr nos manda divinis.
Idem sub era novies centum iugulatur
. . . sexagies et uno septem de kalendis
. . . . is orta aprilis. (2)

3

Barcinone in cathedrali lapis repertus in urna, cui Frodoinus episcopus A. 877. commendavit corpus B. Eulaliae, quod inde translatum A. 1339. reconditum fuit in sumptuosiore sarcophago.

*Hi*c requiescit beata Eulalia mar-
tiris XPI qui passa est in civita-
te Barchinona sub Daciano
preside II. ids. fbas. et fuit inventa
a Frodoino epo cum suo clero in
. . domus scae Mariae [V] kl. nobr. Deo gras. (3)

(1) E schedis sacrar. pont.

(2) Floresius H. S. T. X. p. 462, ubi agit de martyribus Hisp. in persecutione saracenica. Heic sermo de S. Eugenia, cuius nomen innuitur initio versuum. Huius vitam scripsit P. Roa. Moralius lapidem exhibuit in fine oper. S. Eulogii p. 110, et lib. XV. 54. chronic. Rursus idem Roa in SS. Cordubens. p. 68. Vide et Moralium *los cincos libros* p. 205. Aere excusam dedit Nazzarius in prolog. palaeogr. Hisp. tab. 33. n. 1.

(3) Aere cusam exhibet Floresius H. S. T. XXIX. p. 314. Confer lib. cit. p. 185. sqq. In codice quodam pervetere chisiano legitur: *II. id. dec. in Spania Eulaliae virg. quando sepulta est.*

1

Velitris in S. Mariae ad nives cum corpore et vase sanguinis e coemeterio Cyriacae.

*Inno*centissime filiae Euticiae quae
*vix*it annis plus minus XIIII· M. X. D. VIII. ☧
*paren*tes fecerunt in pace
. . . . . . t D. X. kal. aug.

2

E coem. Urbis ad loculum mart.

Dep. Eusebies VII. kal. dec.
an. VII. me. trc di. XXIII· (1)

3

E coem. Urbis ad loculum mart.

Euticia D. Pst.
VI. ids. sep.  (2)

4

E coem. Praetextati vel Callisti cum ampulla sanguinea.

Eutychianeti innocenti
quae vixit annis XI.
diebus XLVIIII· (3)

5

E coem. Priscillae cum amp. sanguinea.



Parentes filie sue
Exuperantie in pace· (4)

6

In coem. Urbis repertus lapis A. 1656. cum vase sanguinis.

Eusebia V. ☧ (5)

7

Romae e coem. ss. Abdon et Sennen ad loculum martyris.

Faustina in pace. (6)

8

E coem. Thrasonis cum vasculo sanguinis.

Fabilie benemeren. (7)

9

Velitris in cathedrali ecclesia S. Clementis cum corpore S. Exsuperiae M. e coemeterio Cyriacae.

☧ Exsuperia coniux castissima
mihi que vixit annos
XXXIIII. deposita XI. kal. aug.
Datiano et Cereale conss.
in pace.

10

E coem. Callisti ad loculum martyris.

Faustinae virgini fortissimae
que bixit ann· XXI. (8)

 ☧ 

(1) Exscripsit P. Seccarellus.
(2) E schedis sac. pont.
(3) Bold. p. 477; Marang. A. S. V. p. 109; Mur. p. 1868. 9.
(4) E schedis sac. pont.
(5) E schedis sac. pont.
(6) Ibidem.
(7) Marang. A. S. V. p. 98.
(8) Bold. p. 339; Mur. p. 1869. 8; Blanchin. T. I. sacc. I. n. 38, et p. 208. T. II. multa de columba et de ancora.

1

Romae in pavimento sacelli, quod est post secretarium basilicae S. Mariae transtiberinae, lapis repertus in coemeterio Callisti cum vase cruento, et S. martyris lipsanis in ipsam basilicam translatis.

Eutropia



Mulier orans passis manibus.



ɕ Dep ɕ Eutropies ꝺ XVII· ꝺ kal ꝺ oct ꝺ (1)

2

E coemeterio Lucinae ad loculum martyris.

Exuperantia in pace. (2)

3

E coemet. Urbis ad tumulum martyris.

Felici–
sima P K (3)
columba

4

E coem. ss. Petri et Marcellini ad loculum mart.

Faustiniane in pace qui vixit ann. . . .
[h]ic dies X. ds. in kalendas apri. in pa. . . (4)

5

Romae in S. Mariae transtib. e coemeterio Callisti cum lipsanis S. M. Felicissimae.

Felicissima in P. D. IX. kal. martias. (5)

6

E coem. Callisti cum ampulla cruenta.

sic
Depossio Felicissime VIIII. kal. mar.
Albanus coiugi dulcissime. (6)



☧



(1) Bold. p. 329. et 275.
(2) E schedis sacr. pont.
(3) Reines. cl. XX. n. 303; Aring. T. I. p. 336.
(4) E schedis sac. pont.
(5) Bold. p. 716.
(6) Bold. p. 341.

1

E coem. Priscillae ad tumulum S. martyris Faustinae, cuius ossa translata fuere in ecclesiam S. Iuliani castri S. Iuliani, in Burgundia.

Felicissima et Felix par-
entes Faustinae filiae
dulcissimae. (1)

2

Panormi in ecclesia xenodochii sacerdotum cum corpore S. martyris, reperto in coemeteriis Urbis.

Felicissime filiae
benemerent. i. pe
Q. vixit bir. ann. XX. die
XXXXVI. (2)
ꝺ ☧ ꝺ

3

E coem. Thrasonis ad loculum martyris.

Faustina
in ☧ (3)

4

Romae e coem. Priscillae A. 1801. ad loculum martyris calci inscriptum.

Felicia. (4)

5

E coem. Thrasonis ad loculum martyris.

Fecit mari-
tus coiugi
ꝺ in pace
Felicitati que
fecit mecum an. VII. (5)

6

E coem. Calepodii reperta A. 1758. ad loculum martyris, cuius ossa cum ipso lapide servabat in domestico sacrario cardinalis Antonellus.

Non fuimus et fuimus
non simus non deside ra-
mus usqne hic deducimur.
Felumeneti in pace ꝺ (6)

7

Romae in museo cardinalis de Zelada, lapis repertus ad loculum martyris in in coemet. Urbis.

Felicla cum filio in pace
quixit ano. XXV. me. X. D. V.
III. qui vixit ano. III. M. II. (7)

8

E coem. S. Agnetis ad loculum martyris.

Firarteniae coniugi quae
vixit cum Felice ann.
XVII. benemerenti in
pace. (8)

(1) Bold. p. 387.
(2) Inscr. Sicil. cl. XVII. n. 28. Inscr. Panorm. n. 106.
(3) Marang. A. S. V. p. 94.
(4) E schedis sac. pont.
(5) Marang. A. S. V. p. 100.
(6) In scheda Marinius varias collegit inscriptiones feminarum, quibus nomen *Philumena*.
(7) Reliq. SS. Felicitatis in codice apud Fontanin. de S. Columba p. 46.
(8) E schedis sacr. pont.

1

Romae apud card. de Zelada, e coem. Urbis, cum amp. sang., nunc in museo vaticano.

Fellpeni innoce (sic) nti ·Q·V· annis
V. meses IIII. vene quesq uenti parentes fece-
rum. (sic) (1)

Hic mulier stolata stat orans manibus passis.

2

Syracusis cum ossibus S. Firmianae martyris repertis in coemeterio Priscillae.

Firmiane filie que bisit ann. XV.
mensis VI· ies (sic) XV. benemerenti
in pace ☧ (2)



3

Corneti inscriptum tabulae marmoreae repertae in arca effossa A. 1711. inter rudera veteris aedificii cum lipsanis S. Firmae.

S. Firma. (3)

4

E coem. Urbis ad loculum mart.

Filocge (sic) beneme-
rentii (sic) in pace. (4)

6

Coneliani, in diocesi cenedensi, in eccl. collegiata cum corpore S. M. Victorinae e coem. Callisti A. 1661.

Fla· Victorina
qne vixit ann. XXII.
et meses VIII. et dies XV.
Servandus Ninite in pace
patir benemerenti fecit
felie ❦ en pace
s· inn. v. Ninita. (6)

5

In castro Poli in S. Stephani cum lipsanis martyris effossis A. 1657. in coem. Praetextati in agro verano.

D M
Flavia Victoria
bonae memoriae quae
vixit annis N. XLVII. M. N. II.
dies XII. in pace. (5)





7

Romae apud praef. sacr. pont. e coem. S. Sebastiani cum vase sanguineo A. 1786.

A ☧ Ω
Dep. in P. XV· kal. sep.
☧ Fortissima cons. ☧
Timasio et Promoto
P C



(1) Contuli cum lapide. — A. M.

(2) Inscr. Sicil. cl. XVII. n. 29. ex kalendar. syracus. edito an. 1764. p. 61; Marang. A. S. V. p. 453.

(3) Boldett. p. 682.

(4) E schedis sacr. pont.

(5) Exscripserunt Suaresius et Ios. Regius. Est item in schedis sacr. pont.

(6) In marinianis schedis extat huius inscriptionis exemplar a canonico Iacobo Dionysio ad Marinium Verona missum. Ipse vero Dionysius in epistola explicat inscriptionem, cuius veram imaginem nonnisi ex archetypo aut ectypo cognoscere licet. Postrema verba Dionysius legit *salve innocens virgo Ninita.* — A. M.

1

E coem. Commodillae cum ampulla sang.

X. kal. nob. deposita Formicula
in pace que vixit ann. II. M. XI. dies XXI. (1)

2

In coem. Priscillae in calce ad loculum martyris.



☧
Fortuna hic est posita. (2)



3

E coem. S. Helenae ad loculum mart.

Fortunula. (3)

4

E coem. Callisti cum ampulla sang.

Fortunula diposita. (4)

5

E coem. Callisti, vel Calepodii, in calce cum ampulla sanguinea.

Dep. Fructuoses V. nonas octobres. (5)

6

E coem. Callisti ad loculum martyris.



Fructosa bene vixsiti (sic)
vene consumasti. (6)



7

Massaccii in S. Laurentii cum lipsanis S. Fortuniae repertis A. 1164. in coem. Callisti.

Fortunia. (7)  ☧

8

E coemet. Callisti cum vasculo cruento.

III. + kal. + mar. + For-
tunula. + que. + bixit. +
ann. + L. + et. + mes. +
III. (8)



(1) Bold. p. 545.
(2) Idem p. 347.
(3) Bold. p. 498.
(4) Idem p. 428.
(5) Bold. p. 477. et 435. In schedis sacr. pont. anno 1658. titulus cum amp. sang. calci inscriptus *Fructuose* ☧

(6) Fabrett. p. 222. n. 590. Lavinii lapidem ait se vidisse Marinius in quo *hic ubi amavit, ibi bene consummavit*. Alius lapis inter arvales habet *bene consumasti*.
(7) Menicuccius p. 240.
(8) Bold. p. 349.

1

Romae apud praef. sacr. pont. Fuit ad tumulum mart. in coem. Cyriacae.

sic

Gaudentia hic pos-
ta est quae vig-
sid annos XXIII.

2

In Tusculano Passioneii reperta A. 1639. in coem. Urbis ad tumulum mart.

Geminae coiugi Severus
que vixit ann. XX. M. II.
quae fecit cum marito annu. (1)

3

E coem. Thrasonis ad loculum martyris, cuius cineres dati coenobitis Cisterciensibus civ. Anagniae.

Domine suae Grate Rocatianus.

Paries loculo subiectus exornabatur pictura referente resurrectionem Lazari, ipsam Gratam stantem longa tunica, extensis brachiis, et supra eius caput nomen Grata, *tres pueros in camino ignis, Danielem nudum et medium inter duos leones, Gratam rursus stantem orantemque cum epigraphe.*

Grate benemerenti. (2)

4

Romae e coem. Cyriacae via Tiburtina A. 1756. effossum corpus S. Gaudentiae mart. cum vase cruento, datumque Hieron. Lombardo S. I. presbytero qui intulit in sacellum domus professae Venetiarum.

Gaudentiae benemerenti in ☧
sic
sancte reliose obsequentis-
sime quae vixit annos LIIII. Depo-
sita X. kal. iunias in pace. A. Ω. χ. (3)

5

In coem. Cyriacae ad loculum martyris.

Gentiane in pace. (4)

6

Romae in cryptis Cyriacae ad S. Laur. extra muros ad loculum mart. A. 1656.

Helpidi filiae primariole
dulcissimae B. M.
Faustina mater quae vixit ann. XII.
menses X. dies X. (5)

7

E coem. Lucinae ad loculum mart.

☧ Hantipa. (6)

8

Romae in coem. Priscillae prope pontem Salarium ad loculum martyris, qui Romam cum ipso lapide translatus est A. 1777.

Hermione filiae
Calliste mater
ϛ (ζή)σῃς ἐν Θεῷ. (7)



(1) Ita Passioneius p. 114. n. 20. quicum consentit scheda Marinii. Sed variant Fabrett. p. 268. n. 122; Reines cl. XX. n. 3a; Fleetw. p. 410. Adde Aring. T. I. p. 333.

(2) Marang. A. S. V. p. 88. aere cusam.

(3) Marin. inscr. alban. p. 192, e ms. P. Danzettae.

(4) E schedis sacr. pont.

(5) E schedis sacr. pont. et barberiniis Suaresii atque Ughellii.

(6) E schedis sacr. pont.

(7) In regestis sacr. pont. invenit Marinius mentionem S. Herniones e Priscillae coemeterio effossae.

1

E coem. Priscillae in calce ad loculum mart. bisomum.

